¶ Pro faciliori illius textus intelligentia eſt aduertendum,ꝙ prime literę iſtarum dictionum:debent poni pro literis dominicalibus non curando alias. Vnde ſeptem ſunt in hoc verſiculo dictiones litteras ſeptem dominicales inſinuantes quoniam nec plures nec pauciores ſeptē ſunt litteræ dominicales. Prima etenim dictio dicti/verſus ē Filius que ſignificat f/literam dominicalem & primum annum cicli ſolaris oſtendit: ſituaturq́ in prima indicis radice. Secunda vero dictio eſt Eſto que e/literam dominicalem ſignificat & ſecumdum cicli ſolaris annum & ſituatur in prima medii radice. Tertia autem dictio eſt Dei que d/literam dominicalem oſtendit & tertium curſus ſolis annum & in prima radice medici collocatur. Sed quarta eſt Cœlum que c/literam dominicalem ſignificat & quartum annum ſolarem cum litera b/huius dictionis bon9 ꝓpter biſſextum qui ſemper habet duas literas dominicales ideo duæ dictiones ſemper ſituātur ſuper quālibet iuncturam ipſius auricularis. Et ſi dicas habetur in textu ſolaq; iuncturam depoſcit dictio ſolā ergo non debes ponere duas dictiones ſuper aliquam iuncturam. Reſpondetur ꝙ hoc habet verum in tribus primis digitis ſed nō ī minimo quia ille ſignificat ſemper biſſextum in quo quidem ſunt duæ literæ dominicales,propterea ſubdit omni iūctura minimi ſit dictio bina vides ergo quam literam dominicalem in primo anno ſolari/in ſecundo/ in tertio/ habes & ſic vſq; ad.xxviii.per hoc carmen Eili9/eſto/dei/cœlum bonus/acipe/gratis quod hāc poteſt habere ſententiam. O xp̄iane ſupple eſto.i ſis bonus.i.iuſtus filius dei & accipe.i.ſuſcipe cœlum.i.beatitudinem æternam gratis.i mere libere ab omnipotenti deo. Obiectio. Solutio.

Fructus/alit/canos/el/gellica/bellica danos
El/genitrix/bona/dat/finis/amara/cadat
Dat/flores/anni color/eius gaudia buſti/
Cambit edens/grifo boabel dicens fluet augur,

¶ Breuiori modo literam dominicalem inuenire his quatuor verſiculis auctor nobis explicat alio tamen ordine eos ſituando,q̄ ſituetur verſus Eilius eſto dei &c. Nam primus ſuper indicis iuncturas totaliter ſituatur fructus in prima radice,alit in ſecunda,canos in tertia,el i ſummitate gellica in prima ſubungula.bellica in ſecunda ſubungula, danos in groſſa radice ipſius indicis colloquatur. Vides enim,ꝙ quemadmodum ſeptem ſunt iuncture in quolibet quattuor digitorum/numerando ſummitates(quæ improprie iuncture dicuntur)ita in quolibet quattuor verſiculorum ſeptem ſunt dictiones. Ideo ſecundus verſiculus ſcilicet. El gēnitrix &c.ſuper ſeptem medii iuncturas ſituatur,incipiendo a prima radice. Tertius vero puta .dat flores &c.ſuper ſeptem iuncturas medici. Sed quartus puta Cambit edens &c.ſuper ſeptem au


ri cularis iuncturas ponitur. Vltra eſt notandum, q̄ ſolę primę literæ primarū ſyllabarū ſunt dominicales: niſi in quarto verſu, ſcilicet Cambit edens &c. In quo primæ literæ primarū etiā primæ literę ſecundarū ſyllabarū ſunt dominicales/propter biſſextum, qui duas importat literas dominicales, vt dictum eſt. vt etiam dicetur in explanatione textus ſequentis. Et ne tibi videantur differre. Iſta quattuor carmina ab illo verſiculo Filius eſto &c. quoad inuentionem literę dominicalis, aliquot comparationes inter illa tibi ſubnecto. Vides enim q̄ prima dictio huius verſus Filius eſto &c. ſignificans F/literam dominicalem: in prima indicis ſituatur radice, eodem modo fit de prima huius verſus dictione Fructus alit &c. eandem dominicalem literam oſtendente & ſicut ſecunda dictio huius verſus Filius (quę eſt eſto) e/ dominicalem oſtendens literam in prima medii radice ponitur: ita & prima dictio huius verſus El genitrix &c. eandē oſtēdēs dominicalē literam in eadē iunctura ſituatur. Itē ſicut tertia dictio huius verſus filius (quæ eſt dei) literam d/, oſtendēs dominicalem in prima radice medici ponitur: ita & prima dictio tertii verſus (quæ eſt dat) in eadē radice ponitur; eandē q̄ dominicalē oſtendit literā. Inſuper quemadmodum quarta & quinta dictiones dicti verſus Filius &c. puta cœlum bonus: ſituantur ī prima auricularis radice: oſtenduntq̄ c/& b/literas dominicales propter biſſextum (qui ſemper in minimo inuenitur digito) eodem modo prīa quarti verſiculi dictio eaſdem literas oſtendens dominicales ibidem ſituatur. Pręterea ſicut ſexta dictio dicti verſus Filius &c quę eſt accipe) a/oſtendens literam dominicalem ſituatur in ſecunda radice indicis: ſic ſecunda huius verſus litera puta fructus &c. quæ eſt alit eandē oſtendit literam: in eademq̄ ſituatur iunctura: & ſic conſequenter ex tui ingenii bonitate vſq̄ ad groſſam radicem auricularis comparationes facere valebis. Finaliter ad vnum notatu non indignum (de anni communis inceptione) aduertendum eſt, nam varii ſuum annum vario modo inchoarunt: Latini etenim propter Romulum vrbis conditorem in Martio annum inceperunt: rationem etiam talem aſſignantes, qa tunc mundum eſſe conditum aſſeuerarunt. Item quia plātarum omniū genera eo in tempore communiter vireſcere incipiunt. Hebræi autem ſuum annum in ianuario inchoarunt propterea, q̄ ſol in illo mēſe aſcēdit ſupra noſtrum hemiſperium qui paulo ante deſcendebat. Item qa verus meſſias in lege promiſſus in illo menſe vaticinabatur eſſe circūcidendus. Sed ægiptii in ſeptembri ſuum annum inceperunt. quoniā illo in tempore diuerſorum collectiones fructuum (propter totius anni annonam) factæ ſunt. Vnde compotiſtæ omnes tales (non propter errores ſed propter eorum ſanam doctrinam in aliquibus) imitātur: primo enim Romanos quoad concurrentium & feriarum regularium inceptionem ſequuntur: quia ſicut illi annum, ita iſti concurrentes ī martio inchoant Secundo hebræos inſequuntur, quia ſicut hebræi annū in ianuario ita compotiſtæ ſuum annum incipiunt: numerumq̄ aureū dominicalem literam/claues/milliarium. i. annos ab incarnatione domini renouant.

Vnde verſus.

Aureus in Iano/claues/& feſta nouantur: Verſus notandi.
Littera mutatur iano ſubeunte: manetq
Concurrens: donec ſit mars: quia tunc renouantur:
Mars concurrentes renouat: ſeptember epactas.
Principium mundi renouat g tertia Martis.

¶ Et pro clariori intellectione omnium prædictorum hic ponitur figura manus ſiniſtræ in cuius iuncturis/ſituantur iſti verſus. Fili⁹ eſto dei. &c. Et fructus alit canos &c.

Sequitur deſcriptio manus ſiniſtræ tam pro parte interiori q̃ exteriori ad cognoſcendum literam dominicalem, biſſextum, & ciclum ſolarem.


Index:
Medius:
Medicus.
eſto
cœlum
accipe
filius
dei
bonus
gratis
eſto
cœlum
accipe
filius
dei
Auricularis
bonus
accipe
gratis
filius
eſto
dei
cœlum
bonus
Pollex
Manus ſiniſtra pro parte interiori

De ciclo ſolari.



De ciclo ſoari.





Manus ſiniſtra pro parte exteriori

Tunc biſſextus erit, per partes quatuor æquas
Annos partiri cum poteris domini.
Biſſextum ſextæ Martis tenuere Kalendæ.
Poſteriore die celebrantur feſta Mathiæ,
Sabbata ſi teneant ibi. non alibi celebrantur,

¶ Cum.i.quãdo poteris.i.valebis partiri.i. diuidere annos dñi.i. an-
Ordo. nos a circuncisione domini in quatuor partes equas.i.equales tunc tẽ-
poris ſupple biſſextus.i.annus biſſextilis erit.i. quãdocũq͂ poſſumus
diuidere: totum numerum annorum ab ĩcarnatiõe chriſti p̱ quatuor
partes equales ſemper biſſextus erit: nunq̄ alias: Sextę kalendę Martis
i.martĳ tenuere.i.tenuerunt biſſextũ.i.illam binã acceptionẽ literę do
minicalis eiuſdem.i.biſſextus ſemper fit in ſexto Kalendas martĳ: quę
ſunt in februario in quo ſexto Kalendas manemus duos dies & poſte
riore.i.ĩ vltimo illorũ duorũ dierũ feſta.i.feſtũ Mathię apoſtoli electi
in locum iudę celebrantur.i.celebratur ſiue ſolemniſatur. Sed ſupp.ſi
feſtum beati Mathię teneat ſabbata.i.diem ſabbati.i.ſi feſtum beati ma
thię cadat in diem ſabbati celebrantur.i.celebratur ſiue ſolẽniſatur: ibi
ſcilicet in die ſabbati ſiue in priori die: & non alibi.i.non in die domi-
nico ſeu in poſteriore.

¶ Pro declaratiõe & faciliori huius textus intelligẽtia quatuor confor
miter ad textũ per ordinem notabimus. Primo quid ſit biſſextus. Secũ
Sententia do quomodo poterimus inuenire ſeu cognoſcere biſſextũ. Tertio vbi
debet ſituari biſſextus: & quarto quando debet feſtum beati Mathiæ
apoſtoli celebrari. Pro expeditione primi eſt notandum, q̃ biſſextus
Primũ propoſitum. eſt bina acceptio eiuſdem literæ dominicalis (ſcilicet f) quarto quoq͂
anno ſexto Kalendas martias: proueniens ex additione vnius diei con
Diffinitio biſſexti. flati ex quatuor quadrantibus: qui remanſerat in illis quatuor annis:
vltra trecentos ſexaginta quinq͂ dies in quolibet: quoniam ann⁹ com
munis.i.non biſſextilis continet ter centum, ſexaginta quinq͂ dies &
ſex horas. Et dicitur biſſextus à bis quod eſt duo & hex quod eſt ſex,
eo q̃ bis ſumitur litera f/ſexto calendas martias. Pro huius diffini-
tionis declaratione eſt notandum q̃ duplex eſt annus ſolaris: biſſex-
tilis videlicet, & communis. Biſſextilis eſt ille annus in quo fit illa bina
acceptio literæ: continetq͂ trecentos ſexaginta ſex dies. Sed cõmunis
Diffinitio cõmunis. eſt in quo non fit talis bina acceptio literæ: continetq͂ trecentos ſexa-
ginta quinq͂ dies & ſex horas (vt dictũ eſt) quæquidem ſex horæ fa-
ciunt vnũ quadrantẽ: ideo in quatuor annis ſunt quatuor quadrantes
Secũdum propoſitũ. cõſtituẽtes vnũ diẽ naturalẽ q̄ cauſa biſſexti eſt. ¶ Scd̃m notãdum eſt
de inuẽtione biſſexti: inuenit, enĩ biſſextus per diuiſionẽ annorũ) ab ĩ-
carnatione dñica vſq͂ ad annũ p̄ſentẽ/ſiue vſq͂ ad annũ de q̃ q̄ris)
ĩ q̄tuor p̱tes equales: q̃m cũ talis diuiſio fieri põt ſemp̱ biſſext⁹ ẽ: nũ-
q̄ alias: iõ p̱ tali diuiſiõe faciẽda ſituãdi ſunt anni ſup̱ ſũmitates qua
tuor digitorũ. Sed ĩprimis ſcias q̃ ſũt ab ĩcarnatiõe dñi nũc.m. qngẽ
ti & .xvĳ. ãni: q̄ valẽt quĩdecies cẽtũ. p̱ illorũ ãnorũ igit̃ diuiſione

ſic practicabis:ponendo tercentum in ſummitate indicis: tercentum in ſummitate medij:tercentū in ſummitate medici:& tercētū in ſummitate auricularis,& ſic iam habes duodecies centum annos in quatuor partes æquales diuiſos.Reſtāt adhuc ter centum:ex quibus capies bis centū:& diuidendo illos bis centum pones quinquaginta in ſummitate indicis:l/in ſummitate medij/l/in ſummitate medici &/l/ in ſummitate auricularis:& ſic habes iam quatuor decies centū annos ī quatuor partes æquales diuiſos.Et ſuperſunt adhuc centum quoꝗ diuidendo in quatuor partes æquas ſic collocabis:pones enim.xxv.in ſūmitatem indicis.xxv.in ſummitatem medij.xxv.in ſummitatem medici:& .xxv.in ſummitatem auricularis,& ſic ſummatim vides mille & quinquies centum annos diuiſos in quatuor partes æquales:ideo annus ab incarnatione domini milleſimus quingenteſimus erat biſſextilis.inſuper reſtant adhuc. xviij. quos diuidendo in quatuor partes æquas,ex eis pones quatuor ſuper indicem/quatuor ſuper medium/quatuor ſuper medicum/& quatuor ſuper auricularem . Reſtant duo qui non poſſunt diuidi in quatuor partes æquales : ideo annus ſupra ſcriptus puta milleſimus quingenteſimus decimus octauus (ab incarnatione) non eſt biſſextilis vſꝗ ad duos annos:tunc enim erit biſſextus:eritque milleſimus quingenteſimus & viceſimus: quoniam tunc ī quatuor diuidentur partes equales.¶Tertium notandum eſt de ſituatione biſſexti:vnde ſituatur dictus biſſextus in ſexto calendas Martias incluſiue,id eſt computando ſextum calendas Martias:vnde quādocunꝗ eſt annns biſſextilis bis ſumimus ſextum calendas Martias, id eſt ſextam literam dominicalem quæ eſt.f.ante calendas Martias: ideo proprie vocari deberet biſſextus calendas:vnde īquit celſus qui natus eſt bis ſexto calendas:non refert vtrum priore an poſteriore natus ſit:quia vterꝗ illorum duorū dierū quibus manemus ſuper f/ ſextus calendas vocatur: & ille biſſextus ſeu ſextus calendas in februario inuenitur:vbi feſtum beati Mathiæ ſituatur in calendario: & ī tertia radice interiori articularis:ſuper f/ſemper inuenitur in manu ſiniſtra:manemus ergo duos dies ſuper literam f,& ꝑ conſequēs ſup ſextū calendas martij.¶Quantum ad quartū viſo ꝙ duos dies manemus ſup illā literā f/in qua directe feſtū beati Mathiæ ſituatur: opere præciū ſcire eſt:in quo vtrū videlicet in primo an ſecūdo feſtū dicti apoſtoli celebrabitur,pro quo notes ꝙ ſemp ī poſteriore die celebratur:niſi in diem ſabbati caderet:quia tunc ibi.i.die ſabbati celebrari habet & non in poſteriore ſeu in die dominico propter officium dominicum quod (vt aiunt) priuilegiatum eſſe debet:ideo non tranſfertur celsbratio beati Mathiæ in diem dominicum quando cadit in diē ſabbati.Nota præterea ꝙ vbicunꝗ celebretur feſtum dicti beati mathiæ quoad officium eccleſiaſticum ibidem colit populus:poſteriore die tā ſacerdotes officium dicendo q̄ populus feſtum colendo dictum feſtū celebrant:& ſi cadat in diem ſabbati dictum feſtum in illomet die ſabbati colitur quad officium & quoad populum. Dices quare magis februario q̄ in alio quouis menſe fit ille biſſextus.Reſpondetur quia mēſis februarius minor eſt alijs menſibus:vel quia eſt vltimus menſis ſe-

Tertiū ꝓpoſitum.

Quartum ꝓpoſitum

Queſtio.

Reſpono

cundum illos:qui annum inceperunt i martio:& ideo vltimus dies vltimo mensi attribuitur. Et si iteru̅ queras: cur fit talis biſſextus: no̅ne poſſent rite feſta celebrari annuatim et mobilia et imobilia abſq; tali bina acceptione literæ ſeu abſq; tali biſſexto: Reſpondetur q̄ non: ſed contigeret ſucceſſione temporis natiuitatem dn̄i celebrari vbi nunc dominica annunciatio celebratur: et peius co̅tingeret puta q̄ poſt multos annos celebraretur dicta natiuitas dn̄i, vbi ſancti Ioannis natiuitas celebratur, quod tn̄ magnum eſſet inco̅ueniēs, tum propter iordinationem & inconſtantiā ſolennitatum, tu̅ vt ſaluatoris noſtri euāgelium ſe̅per veritatem quam intus habet oſtendat, dicit eni̅ beatus Ioannes baptiſta xp̄o domino: te oportet creſcere: me autē minui: quod dictum ſacro ſanctę theologię profeſſores ſic explanare ſolent: te oportet creſcere me autem minui. i. natiuitas tua apud veros xp̄icolas ſole aſcendente diebus creſcere incipientibus celebrabitur. quod non fieret niſi eſſet biſſexti obſeruatio. vel ſic te oportet creſcere me autem minui. i. oportet q̄ mei diſcipuli te ſequantur & me relinquant. quia tu dominus es & ſic creſces in diſcipulis. ego vero ero diminutus: vel ſic te oportet creſcere me autem minui. id ē tu eris in cruce extenſus. in qua morieris manibus pedibuſq; clauibus co̅foſſis ego vero obtruncato capite mortem ſubibo, & ſic creſces quia tua ſatellites menbra vndiquaq; extendere ignominioſe non abhorrebunt. Ego autem minutus quoniam tirannus ille. Herodes herodiadis rogatu nephandiſſimo ꝓpter dictam veritatem penam capitis mihi infligere non erubeſcet. ideo fit biſſextus (vt ad rem redeam) vt feſta fixa ſuis in locis annuatim debite celebrentur retardat enim ſituationem feſtorum biſſextus quarto quoq; anno vno die. Verumtamen non potuerunt facere compotiſtę quin feſtum beati ioānis Baptiſtæ celebraretur duodecim diebus pōſt deſcenſum ſolis quia ſol incipit deſcendere in feſto beati Barnabæ. Similiter non potuerunt facere quin feſtum natiuitatis domini celebraretur duodeci̅ diebus poſt aſcenſum ſolis. quia ſol incipit aſcēdere in feſto beatę Luciæ poſteriori die. Mirabiliter ergo antiqui compotiſtę ſuis in calculationibus mittendo. xii. minuta ſingulis annis hallucinati ſu̅t vt i explanatione ſequentis textus patebit vbi videbitur q̄ coacti ſumus retrocedere. xi. iuncturas in toto milliario ad inueniendum literam dominicalem in anno quo Chriſtꝰ natus ē. vel i āno i quo Chriſtꝰ natꝰ fuit & hoc vltra q̄ꝫ regulæ compoti nobis manifeſtent.

Queſtio.
Reſponſio
Auctoritaſ beati ioannis baptiſtæ.

Si forſan neſcis, quæ littera tu domini ſit
Et quotus eſt ſolis annus cognoſcere queris,
Annos a domini / demas annis prius octo.
Perq; quater ſeptem domini, diuiſeris annos,
Dat quotus eſt ſolis annus quicquid remanebit.

Et ſi nil reſtat, tunc ſupremum fore conſtat.
Octo bis ex centum remanent, ex mille viginti,
Mille quadringenti diuiſi nil tibi donant,
Iuncturas auges quoties numerum ſuperaddes,
Sed pro pręterito, iuncturas tu remoueto.
Semper pręſentes annos excludere debes,
Quartaq; iunctura dat centum. mille quinta
Eiuſdem digiti, iuncturaq; ſit tibi finis,
Quę quartam partem numeri tibi finiet omnem.

Ordo.

¶ Si forſan. i fotſitan neſcis. i. ignoras quæ litera ſit domini. i. dominicalis & quæris. i. cupis cognoſcere. i. ſcire notitiam habere quotus eſt ann⁹ ſolaris. i. ſi tu neſcis quā literā dominicalē habeas: & cupis hoc ſcire & cognoſcere in quoto anno ſolari tu es: prius. i. imprimis demas Remoueas octo annos a domini annis. i. a numero annorū ab incarnatione domini vſq; nūc: q; & diuiſeris. i. diuides annos domini. i. annos a circunciſione dñi per quater ſeptem. i. per. xxviii. & . xxviii: & quicquid remanebit. i. reſtabit ſeu ſupererit diuiſione facta ſupple dat. i. oſtendit & declarat tibi quotus eſt annus ſolis ille in quo tu es ſupple: ſi nil reſtat. i. ſi nihil ſuperſit diuiſione facta per. xxviii. ſupple. Tūc tēporis conſtat. i. manifeſtū eſt fore. i. eſſe ſupremū id eſt vltimum puta xxviii. Ex centum annis ſupple diuiſis per. xxviii & . xxviii. remanēt i. ſuperſunt octo bis. i. xvi. ex mille annis diuiſis per. xxviii. & . xxviii. remanent ſupple xx. mille quadringenti. i. mille & quatercentū diuiſi ſupple per. xxviii. & . xxviii. nil reſidui ſupple tibi donant, auges. i. augmētas iuncturas digitorum quoties. i. quandocunq; ſuperaddes. i. adiunges numerum annorum ſupple. i. quando vis computare pro futuro: tot debes addere iuncturas quot vis adiungere annos. ſed remoueto i. tu remouebis iuncturas tot ſup. quot remouebis annos pro præterito computando: debes excludere. i. remouere præſentes annos ſiue pro p̄terito ſiue pro futuro computes. id eſt nunq̄ debes computare illū annum: in quo tu es quando incipis numerare. Quartaq; iunctura. i. q̄rta quæq; iunctura ſiue quælibet quarta iūctura eiuſdē digiti. i. in eodē digito capta dat. i. præbet tibi centum annos ſup. milleq; quintaq;. & quinta iunctura etiā eiuſdē digiti dat tibi ſup. mille annos. i. tu ſemp eris in quarta iunctura illius digiti: in quo es dehinc ad centum annos: & in quinta de hinc ad mille annos: & hoc intelligitur recedēdo a prima radice indicis p̄ futuro & p̄ præterito recedendo a groſſa radice auricularis: iūcturaq; ſit tibi finis, q;. i. & iūctura illa ſcilicet q̄rta ſit tibi finis. i. termin⁹ illorū cētū annorum ſupple: vel iūctura illa

ſcilicet quīta ſit t ibi finis.i.terminus illorum mille annorum ſupple, & hoc per oēs iuncturas quattuor digitorum diſcurrendo. Que videlicet quarta iunctura finiet tibi.i.terminabit tibi omnem quartam partē.i. quālibet quartam partem numeri illi⁹ videlicet centenarii vel que ſcilicet quīta iunctura(pro mille) finiet.i.terminabit tibi oēm quartā partem.i.quālibet quartam partem numeri illius ſupple videlicet millenarii.

Sentētia. ¶ Auctor in hoc textu nobis oſtendit quomodo poterimus inuenire annum ſolarem in quo ſumus vel alium queſitum & per conſequens literam dominicalem in quolibet āno. Et pro faciliori huius ſentētie explanatione quattuor per ordinem notabimus. ¶ Primum ad diuidendum annos per xxviii.&xxviii.(vt īde annus ſolaris queſitus nobis ſit manifeſtus) nos adiuuabit. Secundum breues regulas ad illud idem faciendum nobis proponet. Tertium pro preterito & futuro ſupputationem facilem enucleabit. Quartum per magnum tempus īuenire annum & literam dominicalem breuiori modo nos docebit.

Primum ꝓpoſitum ¶ Quantum ad primum eſt ſciendum, ꝙ ab anno preſenti(qui eſt a circunciſione dominica milleſimus quingenteſimus decimus octauus) nos ſumus ī viceſimo ſexto cicli ſolaris anno & in iunctura(quæ groſſa radix medii vocatur) eſt ſituatus. Pro igitur diuiſione omnium prædictorum ānorum imprimis. Remouendi ſunt octo anni, a tota illa ſumma quia iam ſol octo annos perfecerat de ſuo curſu. ideo illos octo debes īprimis remouere. Vnde verſus.

Illud erat nonus ſolis luneꝗ ſecundus,
Quando fuit dominus ſacra de virgine natus.

Diuidendo ergo totum numerum annorum a circunciſione(demptis illis octo) per.&.xxviii. xxviii, ſic procedes imprimis diuidendo cētum pones igitur illos centum ſuper ſummitates quīꝗ digitorum.xx. ſuper pollicem xx. ſuper indicem xx. ſuper medium.xx. ſuper medicum, & xx. ſuper auricularem. quo facto ſumes octo in auriculari & pones cū xx. ipſius pollicis. tunc erūt ibi.xxviii.& manēt adhuc in auriculari/xii ex quibus iterum ſumes octo & pones cum.xx. ipius indicis & ſic erunt xxviii. in indice, & adhuc manent quattuor in auriculari, quos capies iterum & ibi nihil remanebit, ponesꝗ illos quattuor cum.xx. ipſi⁹ medii & ſic erunt in medio xxiiii.& ſumes adhuc quattuor/in ipſo medico in quo ſunt.xx. ponesꝗ illos quattuor cuꝫ.xxiiii. ipſius medii, & ſic in medio erunt.xxviii. in medico vero manent xvi. qui non poſſunt diuidi per.xxviii. propterea manent indiuiſi. Vides ergo ꝙ ex centum annis diuiſis xxviii.&.xxviii. remanent.xvi. ſiue bis octo iuxta textum octo bis ex centum remanent. Et poſtꝗ centum diuiſeris, proportionabiliter alios centenarios faciliter comparabis, ſic videlicet ex centū remanent.xxvi. ergo ex bis centum remanēt.xxxii. ex quib⁹.xxxii. remouebis xxviii & remanebunt.iiii. ſolummodo. & ſic ex bis centum remanent preciſe,iiii. Et vltra ex bis centum remanent.iiii. ergo ex quater cētum remanebunt.viii & per conſequens ex octies centum remanebunt xvi. Conſequentia tenet per locum a proportione. Et iterum ex bis cētum remanēt.iiii.(vt viſum eſt) & ſic ſunt.xx. ex mille. quia octoties cē

tum & bis centū faciūt mille.& hoc iuxta textum ex mille.xx.reſtāt ad huc quinquies centū diuidendi:ex quibus diuidamus: quater centum remanebunt octo:quia diximus ꝙ ex quater centum remanebant octo & ex mille diuiſis remanſerunt.xx.ergo ex mille & quater centum nihil remanet: iuxta textum mille quadringenti diuiſi nil tibi donāt: reſtāt adhuc centum(qui diuiſi)dāt nobis xvi.(vt dictum eſt)& ſic ex mille & quinquies centum. xvi.nobis ſuperſunt:&.xviii.quos vltra habemus: ſed quia remouenius.viii. a principio propter textū. Annos a domini demas prius.viii. Ideo nō reſtant(ex illis.xviii.)niſi.x.qui iuncti cum xvi.qui remanſerunt ex mille & quinquies centum faciūt.xvi.ergo manifeſte cōcludimus ꝙ ānus p̄teritus qui erat milleſimus quingēteſimus xviii.a natiuitate chriſti:erat.xxvi.annus ſolaris in groſſa radice medii ſituatus,cuius litere dominicalis eſt, c, vt liquet per dictionem cadat huius verſus.El genitrix.

¶ Secūdum propoſitum,quod regulas explanare debet,ſic enucleatur per.viii.regulas. Prima eſt centum,āni diuiſi per.xxviii.xvi.nobis reſi duos dant: hec regula claret per praxim ſupra poſitam . Secunda regula ducenti anni per .xxviii.&,xxviii.partiti nobis de reſiduo.iiii. p̄bēt claret hec regula vt alia . Tertia regula trecenti per xxviii. & .xxviii.diuiſi.xx.dāt nobis.Quarta regula ,q̄ter cētū diuiſi per.xxviii.&xxviii. nobis octo prebent. Quinta octies centum.xvi.nobis prebēt. Sexta mille per.xxviii.&.xxviii.diuiſi.xx.nobis tribuunt. Septima mille quadringēti, vt ſupra ,diuiſi nihil reſidui,nobis relinquunt.Octaua mille & quingēti vt dictū eſt partiti. xvi. nobis donant:& ſic proportinabiliter tractare valebis in aliis.

¶ Tertium propoſitum:tam pro preterito q̄ pro futuro annum ſolarē & dominicalē literā nos inuenire docebit: pro cuius facili intelligentia vnū maxime notandum ī animo tuo propone:ꝙ ſc; vbicūq; ſis .i. in quotacūq; & in quacūq; iunctura ſiue etiam pro preterito ſiue pro futuro computes:ſemper preſentes annos excludere debes .i. nūq̄ debes computare illum annum ſiue illam iuncturam in qua tu es.ꝑ futuro ergo computando debes augere iuncturas: donec peruenias ad groſſam radicem auricularis:vnde augere iuncturas eſt capere: ſeu computare plures iūcturas q̄ habeas in illa in.qua tu es vel ſaltem ad prīcipiū redire Exmpli gratia ī āno ſupradicto puta milleſimo quīgēteſimo.xviii circūciſiōe domini eramus ī groſſa radice medii,q̄ eſt.xxvi.iūctura.iiii. digitorū īcipiendo a prima radice īdicis numerare.Si vis ergo ab illa groſſa radice medii ꝑ futuro computare capies poſt illam ipſam groſſam radicem medici:poſt quam capies groſſam radicem auricularis:& tunc poſt illam groſſam radicem auricularis, que eſt ꝑ vltimo āno curſus ſolis:redibis ad primum dicti curſus annum capiendo primam radicem indicis:& poſtea primam radicem medii:& ſic conſequenter tangendo omnes iuncturas vſq; ad groſſam radicem auricularis:& iterum redibis vt prius.Sed pro preterito computādo:iuncturas vt dicit textus tu remoueto.i.ab illa iunctura in qua es debes retrocedere verſus principium ſingulis annis vna iunctura:exemplum in anno quo ſupra

tu es in groſſa radice medii (vt dictũ eſt) & ſi ab illa pro preterito numerare cupis: imprimis numerabis groſſam radicem idicis: & poſt illam ſecundã ſubungulam auricularis: poſtea ſecundã ſubungulã medici: & deinde ſecundam ſubungulã medii: poſtea ſecũdã ſubungulã idicis: inſuper primã ſubũgulã auricularis: poſtea ſecundã ſubungulã medici: & ſic ordinate procedẽdo: donec redieris ad primã radicem indicis: & adhuc ſi vltra ꝑ preterito vis procedere: reincipe a groſſa radice auricularis poſtea groſſam radicẽ medici cõputa deide groſſam radicẽ medii & ſic cõſequenter donec redeas ad primam radic indicis iterum. & ſic reiterando vices quãtũcunq̧ volueris ꝑ longo tempore preterito cõputare. ¶ Quantũ ad quartũ eſt ſciendũ ꝙ poſtq̃ de paruo tẽpore ſatis dictũ eſt quãtũ ad iueniendum annum ſolarem, & literam dñicalem ideo de magno tempore puta de centum vel mille vel bis mille annis & ſic de aliis (quoniam nimis lõgũ eẽt ſic ꝓcedere ponitur talis regula. Quelibet quarta iũctura eiuſdẽ digiti dat nobis cẽtũ ãnos ſiue ꝑ preterito ſiue ꝑ futuro cõputemus & hoc ſemper p̄ſentes annos excludendo, hec regula quantum ad p̄teritum & futurum differentialiter eſt intelligenda quoniã ꝑ futuro computãdo intelligitur ſemper recedẽdo a principio ſiue a prima radice indicis & accedendo ad finem curſus ſolis ſeu ad groſſam radicem auricularis. Sed pro p̄terito oppoſito modo eſt intelligẽda regula puta elongando a fine ſiue a groſſa radice auricularis & appropinquando principio videlꝫ prime radici indicis exemplũ de primo puta de futuro. notũ eſt ꝙ in ãno ſupradicto tu eras in groſſa radice medii & ſic dehinc ad centũ annos futuros cupis ſcire annũ ſolis & literam dñicalem debes capere quatuor iũcturas eiuſdẽ medii non cõputando illã in qua tu es & recedendo a principio accedẽdoq̧ ad finem cicli ſolaris. Sic videlicet primo capies primam radicẽ eiuſdem medii deinde ſecundã radicem eiuſdẽ & poſtea tertiã radicẽ & finaliter ſummitatem eiuſdem medii que eſt quarta iunctura ab illa in qua tu eras, in anno ſupradicto excluſiue: ergo ſignũ eſt ꝙ ab illo anno ſupradicto puta milleſimo quigenteſimo decimo octauo vſq̧ ad cẽtum annos futuros eras in illa ſummitate eiuſdem medii: & in decimo quarto anno cicli ſolaris: habebaſq̧ d pro litera dominicali vt patet per hanc dictionẽ dat huius verſus. El genitris bona dat &c Exemplũ de ſecundo ſeu ꝑ preterito, capies imprimis ſecuudam ſubũgulã deide primam ſubungulam: poſtea ſummitatem, & tandem tertiam radicem eiuſdem medii que eſt quarta iunctura a groſſa radice eiuſdẽ medii excluſiue, ergo fuerunt centum anni ab illo ſupradicto quibus tu eras in dicta tertia radice medii. in decimo ſolaris anno & b literã dominicalem habebas vt patet per hãc dictionẽ bona huius verſus El genitrix bona &c Item pro mille annis tam pro preterito q̃ futuro eodẽ ordine computando, quintam iuncturam eiuſdem digiti capies. exemplum ab anno ſupradicto ad mille vſq̧ futuros tu eris in prima ſubungula eiuſdẽ medii: & in xviii. cicli ſolaris anno literamq̧ f/habebis dñicalem vt patet i hac dictiõe finis huius verſus El genitrix bona dat finis &c. Itẽ ab anno dñi milleſimo quigenteſimo. xix. q erat. xxvii. ſolis

Quartũ ꝓpoſitum

Regula cum practica facillima

Practica facilis pro mille annis

ris in groſſa radice medici ſituatus ad cētum futuros annos tu eris in ſummitate eiuſdem medici in xv. anno ſolari: lite ramque dominicalē habebis, c, vt patet per hā c dictionē color huius verſus: dat flores anni color &c. Sed pro preterito ſūt centum anni trāſacti: a ſupradicto anno: quibus tu eras in tertia radice eiuſdē medici in vndecimoq; cicli ſolaris anno: & a literam dominicalem habebas, vt patet per hanc dictionē āni huius verſus dat flores anni &c. Et ad claram probationē oīum iſtorum: debes omnes iuncturas numerare: puta ab anno ſupradicto: vſq; ad cētum futuros annos. debes ſic procedere. Primo cōputando groſſam radicē auricularis: poſtea primam radicem indicis: deinde primam radicem medii: et ſic conſequenter donec tu numeraueris centum. Tunc illa dictio centū cadet dirrecte ſuper ſummitatem ipſius medici. Et pro preterito: probando q; ſunt centum anni ab illo ſupradicto quibus eramus in tertia radice medici: debes ſic procedere capiendo primo groſſā radicem medii: poſtea groſſā radicē indicis & deinde ſecūdam ſubungulam auricularis: & ſic conſequenter ordinate procedendo vſq; ad primam radicem indicis & illinc redire ad groſſam radicem auricularis eodem ordine procedendo: donec computaueris vſq; ad centū: & infallibiliter īuenies q; centū cadent ſupra tertiā radicē ipſius medici. Propterea ſi vis ſcire annum ſolarem vſq; ad bis mille centum futuros: debes capere bis quinq; iuncturas. i. decem eiuſdem digiti ī quo es & in illa decima iunctura reiterata tu eris, dehinc. i. ab illo āno ī quo tu es, vſq; ad bis mille annos. Inſuper poſtq̄ ſcis literā inuenire dominicalem vſq; ad centum vel ad mille annos: ſcire opus eſt quomodo eā inueniemus vſq; ad centum & tres quatuor vel quinq; annos & ſic de aliis pro quo notes q; poſtquam inueneris pro centum annis literam ī quarta iunctura eiuſdem digiti, tu debes computare poſtea iuncturas ordinate in quatuor digitis. Exemplum tu ſcis q; ab anno ſupradicto puta milleſimo quingenteſimo decimonono vſq; ad centum annos de futuros tu eras in ſummitate medici ideo ſi vis ſcire vſq; ad centum & tres annos debes pro illis tribus computare primo ſummitatem auricularis: poſtea primam ſubugulam indicis & tertio (in quo eris) primā ſubungulā ipſius medii & poſtea primam ſubungulā medici ſi pro quatuor deinde primam ſubungulam auricularis ſi pro quinq;. Sed ſi ꝓ ſex ſecundam ſubungulā indicis: pro ſeptem vero ſecūdā ſubūgulā medii & pro octo ſecundam ſubungulā medici: ſed ꝓ nouē ſecundā ſubungulā auricularis: & deinde ꝓ decē groſſam radicē indicis & iuncturam: ſic per ordinē in oībus aliis eſt procedendū. Reſtat adhuc vna difficultas incluſa ī hoc textu: que quartā partē numeri tibi finiet omnē. Pro cuius elucidatiōe eſt notādū q; non eodē modo eſt intelligēdum pro mille & pro cētum annis: quia non eſt eadem quarta pars millenarii & centenarii numeri quoniam. xxv. ſunt quarta pars centenarii & bis centum: & quinquaginta ſunt quarta pars millenarii: debes ergo pro centenario numero ſic procedere: puta in eodē digito & ab eadem iunctura quamlibet quartam partem incipies numerare ſic videlicet pro anno ſupradicto computabis primo primam radicem medici deinde ſecundam/

Enucleatio difficultatis

poſtea tertiam eiuſdem medici radicem:& poſtea ſũmitatem & ſic conſequenter diſcurrendo iuncturas ipſius medici tantũ donec ad xxv.vſq͂ numeraueris:& videbis ꝙ ĩ ſummitate medici finies.xxv.qui ſũt quarta pars centenarii,numeri vt dictũ eſt,& ſic de aliis tribus partibus dicti centenarii facies ĩ prima radice medici incipiendo in ſũmitate eiuſdem terminabis.Pro mille vero incipies numerare quartam parteꝫ:& ſunt bis centũ & quinquaginta vt dictũ eſt, pro eodem anno in prima radice ipſius medici & finies in prima ſubungula eiuſdem medici illã quartam partẽ millenarii:& ſic de aliis tribus partibus dicti millenarii facies ab eadem iũctura incipiendo : puta a prima radice medici :& in eadem iunctura:a iunctura anni ſupradicti: & per cõſequẽs iunctura millenarii:cum qua quadrat textus.Iunctura que ſit tibi finis: q̃ quartam partem numeri tibi finiet omnem Sed ibi in ly omnem eſt quodãmodo diſtributio pro generibus ſingulorũ: & non pro ſingulis generum quia non pro quolibet quaternario indiuidualiter capitur ſolum pro qualibet quarta parte dicti numeri toto numero diuiſo in quatuor partes.Reſtat tamẽ difficultas non modica in qua compotiſte mirabiliter hallucinãtur.quoniã in anno ſolari communi ſunt trecenti ſexaginta quĩq͂ dies & ſex hore minus.xii.minutis,vt habetur in tabulis pſalterii ĩ capitulo de litera dominicali ,illi enĩ compotiſte nunq̃ curauerũt illa.xii.minuta:ſed ſuos annos numerauerunt : ac ſi quilibet annus cõmunis haberet trecentos ſexaginta quinque dies & ſex horas integras: propterea faciunt ꝙ annus ſolaris computetur in iuncturis : vltra q̃ de facto ſit:Nam in mille qningentis decẽ & octo annis illa.xii.minuta faciũt.xii.dies & quindecim horas:hinc eſt ꝙ natiuitas xp̄i.xii.dies poſt hiemale ſolſtitium celebratur :cum tamen in rei veritate chriſtus dñs ĩ ipſo hiemali ſolſtitio in maximaq͂ totius anni nocte natus fuerit :ſolſtitium ergo hiemale propter illa duodecim minuta duodecim dies retroceſſit:vel potius natiuitas domini & reliqua feſta fixa.xii.diebus vlta q̃ debuiſſẽt proſilierunt.Vnde fit ꝙ annis a circunſiõe dñi ſecũdũ regulas ſupradictas ,debite numeratis :adhuc eſt retrocedendũ.xi iũcturas . Vnde ſecundum regulas illas . Quarta iunctura dat centum: milleq͂ quinta.Cum chriſtus dñs naſceretur erat annus ſolaris.xx.literaq͂ dominicalis.d,& c, ſuper primam ſubungulã auricularis vt patet per dictionem hanc:dicens huius Verſus.Cambit edens, grifo, boabel dicens:&c.cum tñ ita profecto non fuerit:ĩmo erat annus ſolaris nonus in tertia radice indicis ſituatus literaq͂ dñicalis erat c,vt pateꝫ per hanc dictionẽ canos huius verſus Fructus alit canos &c.Vñ verſus

Illud erat nonus ſolis, luneq͂ ſecundus.
Quando fuit dominus ſacra de virgine natus.

Propterea retrocedere debemus.xi.iuncturas :vltra q̃ dicant regule ſupradicte : ſi volumus ſcire literam dominicalem in anno natiuitatis chriſti.i.in quo chriſtus naus fuit.

Hic ponitur error cõpotiſtarum

Chriſtus natus in maxima nocte totius anni

Tu concurrentes domini pergrammata noſces

A ſex,b.quinq;,c,quattuor,e,duo,d,tres,
Primus concurrens,f,littera,ſeptimus eſt,g,
F,primum reddit,ſed,g,ſeptem tibi finit
Concurrens totus,f,quota Martis erit,
Concurrens ſeptem non tranſit,ſed petit aſſem.
Mars concurrentes renouat ſeptember epactas.

¶ Tu noſces.i.tu cognoſces cōcurrentes.i.numerū cōcurrentium per grāmata.i.per literas dn̄i.i.dn̄icales a ſex.i.qn̄ a eſt litera dn̄icalis habemus ſex/cōcurrentes,b,quinq̄.i.qn̄,b,eſt litera dn̄icalis habemus quinq̄ concurrentes,C,dat nobis quattuor.i.quando/c/ eſt litera dn̄icalis habemus quattuor cōcurrentes.E/duo.i.quando/e/eſt litera dn̄icalis habemus duos cōcurrentes/d /tres dat concurrentes ſupple,primus concurrens eſt/f/litera ſupple,& ſeptimus concurrens ſupple eſt g/ litera.i. quando/f/eſt litera dominicalis habemus vnum pro cōcurrente.Et qn̄/g/eſt litera dominicalis,habemus ſeptem cōcurrentes,f,primum reddit concurrentem ſupple,ſed/g/litera dominicalis finit.i. terminat tibiſeptimum concurrentem.Concurrens.i numerus cōcurrentium eſt ſemper ſupple totus.i.in tanto numero quote ſupple feria/f/martis .i.f/in tertia die martis poſita erit.i.inuenietur,hoc eſt quotacunq̄ feria ſit/f/litera poſita ī tertia die Martii.In tertiaq̄ radice indicis:tot habemus concurrentes:puta ſi ſit prima feria habemus vnum/ſi ſecunda habemus duos,ſi tertia habemus tres:& ſic cōſeq̄nter.Cōcurrens.i. numerus cōcurrentium nō trāſit.i.nō ſuperat ſeptem. i. ſeptennarium numerum.ſed petit aſſem,i.reuertitur ad principium. Mars ille menſis renouat ſupple epactas.i.numerūepactarū hoc eſt cōcurrentes renouantur in martio:& epacte(de q̄bus in ſc̄d'a parte deo duce videbimus) renouātur in ſeptembri. ¶ Pro declarando faciliter materiā cōcurrentiū duo notabimus,prīo enī q̄d ſit cōcurrēs & vnde dicatur enucleabimus Secūdo vnde habeāt originem cōcurrentes:& formationem eorundem ſecundum dictiones huius verſus.Filius eſto dei &c. oñdemus. ¶ Pro declaratione primi eſt ſciendum q̄ concurrens eſt vnus dies vel plures remanens ex diuiſione vnius anni vel plurium annorum per hebdomadas,incipiendo diuiſionem primo anno cicli ſolaris,ſeruiens aut ſeruientes cū regularibus ferialibus ad inueniendum initialem feriā cuiuſlibet menſis.Et dicitur cōcurrens ab hoc verbo cōcurro is/q̄a cōcurrūt ſibi inuicem in ipſorūmet formatiōe:vel q̄a currūt ſimul cum regularibus ferialibus ad īueniendum initialem feriā cuiuſlibet menſis.i. ī quota feria q̄libet menſis incipiat.Et pro fundamento omnium cōcurrentium:notes iſtud carmen.Cōcurrens totus/f/quota martis erit.i. tot habemus cōcurrentes ſingulis annis:quota feria eſt/ f/indicis que eſt in tertia die menſis Martii.Vnde dies dominicus prīa feria dicitur

Quid ſit cōcurrens

dies lūe ſcd'a feria, dies martis tertia feria, dies mercurii quarta feria dies iouis quinta feria, dies veneris ſexta feria, & dies ſaturni ſabbatū vel (licet raro inueniatur) ſeptima feria nuncupatur. Sicut ergo ſunt in ſeptimana ſeptem dies, ita ſeptem ferie / dicunturq; ferie ab hoc verbo ferior aris, id eſt ceſſo as, quoniā, vt ait Ambroſius, debemus ſingulis diebus feriari .i. a vicijs ceſſare. Quādo ergo littera dominicalis eſt a habemus ſex cōcurrentes / qa tūc f / indicis eſt ſexta feria / quoniā ſic numerare debes in prima ſubungula dicendo / pria feria qa ibi eſt dies dominicus, in ſecunda ſubungula dices ſecunda feria: in groſſa radice tertia feria: in prima radice quarta feria: in ſecūda radice quinta feria, in tertia radice ſexta feria: in qua eſt F / indicis / ergo quia / f / indicis eſt ſexta feria ideo habemus ſex cōcurrentes. Et quando habemus, b, ꝓ litera dominicali, habemus quinq; cōcurrentes: qa tunc F, indicis eſt quīta feria numerando ſecundam ſubungulam, vbi eſt litera dominicalis pro prima feria: groſſam radicem pro ſecūda feria: primam radicem ꝓ tertia feria, ſecundam radicem pro quarta feria, tertiam radicem pro quinta feria: in qua eſt / f / indicis. Sed quādo c eſt litera dominicalis habemus quatuor cōcurrentes quia tunc f / indicis eſt quarta feria computando groſſam radicem in qua eſt c pro prima feria. Quando vero d eſt litera dominicalis habemus tres concurrentes: quia tunc f / indicis eſt tertia feria. Et quando e eſt litera dominicalis habemus duos concurrentes: quia tunc f / indicis eſt ſecunda feria. Sed quando f, eſt dominicalis litera, habemus vnum pro concurrente: quia tunc f / indicis eſt prima feria. Sed quando g / eſt dominica. litera habemus ſeptem cōcurrentes, quia tūc f / īdicis eſt ſeptima feria capiendo ſummitatem, ī qua eſt g, pro prima feria primam ſubungulam pro ſecunda feria, & ſic cōſeqnter vt prius. Ergo clare vides primum fundamentum declaratum videlicet ꝙ quotacūq; feria ſit f, indicis (que eſt in tertia die martij: poſita) tot habemus concurrentes. Sed illa litera f / non poteſt eſſe vltra quam ſeptima feria, ideo nunꝙ habemus vltra ſeptem concurrentes, ideo dicitur ꝙ concurrens ſeptem non tranſit ſed petit aſſem. Inſuper concurrentes in martio renouantur / eo ꝙ f / indicis que eſt in tertia die Martij ſingulis annis eſt in alia & in alia feria, etiam ꝓpter romanos ſicut epacta in ſeptembri renouātur ꝓpter egyptios, qui ſuum annum in ſeptembri inchoarunt. Vides ergo quomodo per literas dominica. faciliter poteris inuenire ſingulis annis concurrentes, ideo de origine & formatione eorundem concurrentium patet.

¶ Quantum ad ſecundum propoſitum dicamus. Primo ꝙ in anno ſolari ſunt quinquaginta due hebdomade, cum vno die vel duobus in anno biſſextili. Vnde verſus.

Quinquaginta duas annus complectitur in ſe.
Hebdomadas, poſt quas lux vna dieve ſuperſunt.

Ille enim dies qui ſuper hebdomadas habetur concurrens dicitur, vel illi dies qñ ſunt plures: cōcurrentes dicuntur, vt ī āno biſſextili / vel qñ ſunt iā plures āni diuiſi. Exemplū ꝓ formatione primi cōcurrentis, de-

bes diuidere primũ ãnũ cicli ſolaris per hebdomadas, & habebis vnū diem de reſiduo, qui erit cõcurrens eiuſdem primi ãni: & ſic in prĩo an no curſus ſolis eſt tãtũ vnus cõcurrens, quia tunc litera dñica eſt f/ qui eſt primus cõcurrens, vt patet per hãc dictionẽ filius q̃ ſeruit prĩo an no cicli ſolaris. Pro ſecundo ãno remanebit iterũ vnus dies, illo diuiſo per hebdomadas, qui dies cum p̄cedenti faciunt duos cõcurrentes pro ſecundo anno: nã ſecundus annus habet e pro litera dñicali vt patet per hãc dictionem eſto ſignificantem e literã dominicalem q̃ dat duos con currentes, vt patet per textum/ e/ duo. Pro tertio anno ſolari iterum ſu pererit vnus dies ipſo diuiſo per hebdomadas, qui cum duobus p̄cedẽ tibus facit tres cõcurrentes. Pro tertio anno, in quo eſt littera dñica lis d/ vt patet per hanc dictionem dei huius verſus. Filius eſto dei. &c. quequidem litera d/ dat tres cõcurrentes, vt patet per textum, e, duo, d tres. Sed p̱ cõcurrentibus quarti anni cicli ſolaris debes eum diuide re iterum per hebdomadas: quo diuiſo reſtabunt duo dies quia eſt an nus biſſextilis, qui quidem duo dies, cum tribus p̄cedentibus, faciunt quinq; cõcurrentes pro quarto anno cicli ſolaris, in quo litera dñicalis eſt c/ & b/ vt patet per dictiones/ celum/ bonus/ huius verſus Filius eſto dei celum bonus &c. Sed pro omnibus iſtis formationibus concurren tium in biſſextis, notare debes ſemel pro omnibus q; ſemper vltima li tera dominicalis format concurrentes & nõ prima, ideo in quarto an no capis/ b/ literam dominicalem que quidem litera b dat quinq; con currentes, iuxta textum a/ ſex b. quinq;, & ſic in quarto anno cicli ſola ris ſunt quinq; concurrentes, in quinto autem anno remanet vnus dies (ipſo diuiſo) qui cum quinq; precedentibus facit ſex cõcurrentes p̱ quĩ to anno, vt patet per dictionem alit/ huius verſus Fructus alit &c. Cu ius prima litera eſt a, dans ſex concurrentes, quando ipſa eſt dominica lis: iuxta textum, a, ſex, b, quĩq;, vel ſecundum dictionem accipe huius verſus Filius eſto dei celum bonus accipe gratis, ſed diuidendo ſextū annum per hebdomadas reſultat vnus dies, qui iunctus cũ ſex prece dentibus facit ſeptem cõcurrentes, vt patet per dictionem gratis hu ius verſus Filius eſto dei &c. cuius prima litera eſt g/ dans ſeptem con currentes iuxta textum/ g/ ſeptem tibi finit, qui quidem ſeptem concur rentes faciunt vnam ſeptimanam integram: propterea non vltra p̱ce dunt dicti cõcurrentes, ſed ad principium. i. ad vnum reuertuntur, quẽ obrem diuidendo per hebdomadas ſeptimũ cicli ſolaris annũ, vnus tãtũ remanet qui ẽ cõcurrẽs illius ſeptimi ãni: & hoc patet reïcipiendo verſum Filius eſto &c. cuius prima dictio habet f/ literã q̃ dat vnũ p̱ cõ currẽte quando eſt dominicalis inxta textum f/ primum reddit, Sed di uidendo octauum annum duo dies reſultant ſuſuperant, q cũ p̄cedente faciunt tres concurrentes, quod oſtenditur per hanc dictionem dei hu ius verſus Filius eſto dei &c. que quidem litera d dat tres concurrentes qñ eſt dominicalis iuxta textum e/ duo/ d/ tres. Sed in nono anno ſunt iiii. concurrentes, vt patet per literam c/ huius dictiõis celum dicti ver ſus Filius eſto dei celum &c. iuxta textum c. iiii. Sed in decimo anno

Formatio cõ currentium.

ſunt quinqꝫ cōcurrētes:vt patet per diſtinctionē bonus. verſus. Filius eſto &c. iuxta textū. A ſex b qnqꝫ. Sed in vndecīo ſunt cōcurrētes:vt ptꝫ per dictionē accipe:cuius pria litera eſt a:dās ſex cōcurrētes iuxta textū A ſex b quinqꝫ. Sed in.xii. āno cicli ſolaris ē tātū vnus cōcurrens quoniam biſſextus eſt. Ideo ipſo diuiſo per ſeptimanas remanent duo dies & ſex remanebāt ex p̄cedentibus, & ſic ſunt octo quorū ſeptem faciūt vnā hebdomadā: ideo remanet vnus tantū ꝓ cōcurrente illius anni quod patet per ſecundā iſtarum dictionū gratis, filius, cuius prima litera eſt f: dās vnum cōcurrentem: & ſic cōſeqnter vſqꝫ ad finem cicli ſolaris: ex tui ingenii bonitate cōcurrentes faciliter formare valabis. Ratio aūt quare ſecunda litera in anno biſſextili format cōcurrentes manifeſta eſt: quoniā biſſextus fit ſexto Kalendas Martii, & cōcurrrentes in martio p̄ciſe renouantur: ideo cōcurrentes p̄cedentis anni ſeruiunt nobis vſqꝫ ad martium. puta ꝙ Ianuario & Februario: licet litera dn̄icalis in principio Ianuarii mutata fuerit. Vnde ſi vis ſuccincte concurrentes. xxviii. annorū ipſius cicli ſolaris coguoſcere tu diligentiſſime & diſtincte valde notabis has lineas. i. ii. iii. v. vi. vii. i. iii. iiii. v. vi. i. ii. iiii. vi. vii. i. ii. iiii. v. vi. vii ii. iii. iiii. v. vii. Nota inſuper ꝙ nōnulli biſſextum in prīo digito. ſ. indice, ſicut nos in minimo, collocāt ꝓpterea alio modo concurrentes illi formare hn̄t: capiunt enī f ꝓ prīo āno cicli ſolaris quem dicunt eſſe biſſextilem: ſed qa capiunt f: dūtaxat: a feſto beati Mathie, ideo vnum in prīo anno ꝓ cōcurrente ꝑciſe hn̄t ſicut & nos, in ſecūdo duos, in tertio tres, in quarto p̄ciſe. iiii. ſed in quinto habent. vi. propter biſſextum, & ſic conſequenter, vt habetur in octaua parte rationalis diuinorum officiorum ī rubrica de ſeptimana. Sed quia ille modus nobis valde confuſus eſſet, multaſqꝫ noſtri compoti regulas infringeret: ideo illum non tenemus, ſed in paruo digito vt dictum eſt biſſextum collocamus: de valore autem & vtilitate concurrentium. dictū eſt ſuperius ꝙ valent ad inueniendum initialem cuiuſlibet menſis feriam ſed non per ſe ſolum immo iuncti cum regularibus ferialibus: ideo de illis ponitur hic textus ſequens.

Menſis cognoſces, regulares ſic feriales,
Quinq;, monos, terni, ſex, vnus & inde quaterni.
Septem poſt, bini, quini, ſeptem tria ſeni.
Dant feriam menſis concurrens & regularis.
Si pluſq̄ ſeptem (reliquum cape) reiice ſeptem.
Sunt in marte noui concurrens & regularis.
Eſt, aſtris, clara, fulgentibus, ara, deorum,
Grata, bonis, etas, gratiſſima, cuiq;, fideli,

¶ Cognoſces. i. ſcies regulares feriales. i. numerum regularium feriarum, menſis cuiuſlibet ſupple ſic. i. modo ſeq̄nti, quīqꝫ regulares feria

les dātur martio ſupple,monos.i.vn⁹ regularis ferialis daf aprili ſupple terni.i.tres regulares feriales danf maio ſupple: ſex ſupple regulares feriales dātur iunio.vn⁹ regularis ferialis ſupple datur iulio,& inde.i.inſuper quaterni.i.quatuor regulares feriales dātur auguſto ſupple.Septem regulares feriales dātur ſeptēbri:poſt.i.deī bini.i.duo regulares feriales dātur ſupple octobri.quinni.i.quinq; regulares feriales dantur ſupple nouēbri.ſeptem regulares feriales dātur ſupple decēbri tria.i.tres regulares feriales ſupple dātur ianuario:& ſeni.i.ſex regulares feriales dantur februario ſupple.Concurrens.i.nūerus cōcurrētium & regularis.i.numerus regularium ferialiū(iuncti ſimul ſupple) dant.i.oſtendunt nobis feriam initialem ſupple cuiuſlibet mēſis: hoc eſt oſtendunt nobis quota feria quilibet mēſis incipiat.Si pluſq̈ ſeptē faciat ille numerus ſupple cōcurrentiū & regularium ferialium iūctus ſimul:reiice remoue ſeptem & cape.i.accipe reliquum.i.reſiduum,concurrens.i.numerus concurrentium/& regularis.i.regularium ferialium ſunt noui.i.renouantur in marte.i.in martio. ¶ Pro declaratione regularium ferialium faciliori duo declarando textum notabimus, primo quid ſit regularis ferialis oſtendemus. Secundo originem & formationem eorūdem regularium ferialium enucleabim⁹. Pro declaratione primi eſt ſciendū,ꝙ regularis ferialis eſt numerus dierum remanens ex diuiſione dierū vnius anni per.xii & .xii vel ex diuiſione dierū & regularium ferialium(alicuius menſis)per ſeptem & ſeptem,inquantum poſſumus:& ad clare intelligendum hāc diffinitionē eſt notādum ꝙ in anno ſolari cōi ſunt trecenti ſexaginta & quinq; dies vt ſepe dictū ē non curando illas ſex horas pro nunc:quia nihil ad preſens. īſuper eſt notandum ꝙ quilibet menſis ſemper habet ſuas proprias regulares feriales.incipiendo a martio ,qui habet quinq;.Aprilis habet vnū Maius tres,Iunius ſex.Iulli⁹ vnum. Auguſtus quattuor. Septēber ſeptem. October duos Nouember quinq;.December ſeptem. Ianuarius tres.& Februarius ſex/& hoc declaratur per hos verſus.

Sententia.

Diffinitio regularium ferialinm.

Verſus regulariū ferialium.

Quinq; monos/terni/ſex/vnus/& inde quarterni
Septem/ poſt bini/ quini/ſeptem tria/ſeni, attribuēdo primā dictionem martio,ſecundā aprili, & ſic conſequēter,vel per iſtos duos. Eſt, aſtris,clara,fulgētibus, ara,deorum. Grata,bonis,ætas,gratiſſima, cuiq;,fideli: in quibus ſūt. xii. etiā dictiones.xii.mēſibus deſeruiētes. Prima eīn dictio iſtorū duorū carminū eſt iy eſt quę attribuitur martio,& quia prima litera illius dictionis eſt e/ q̄ eſt quīta litera in abecedario,ſignificat ꝙ marti⁹ habet quinq; regulares feriales.Aſtris eſt ſecunda dictio,ſeruiens aprili,& quia prima litera illi⁹ eſt a.q̄ eſt prima litera in abecedario ſignificatur per hoc , ꝙ Aprilis habet vnū pro regulari feriali.Tertia vero dictio eſt clara,ſeruiēs maio,cuius prima litera eſt c/& quia c/eſt tertia litera in alphabeto denotat,ꝙ mai⁹ habet tres regulares feriales, & ſic cōſequēter de dictionibus ſequētibus facies,vſq; ad duodecimam,ſemper capiēdo primas literas ipſarum dictionū attribuēdo eas mēſibus reliquis, ordinate procedendo, vſque ad Februarium, qui erit vltimus. ¶Secundum propoſitum(de regu-

tariū ferialiū formatione & origine tractās (declarando imprimis eſt aduertēdū, ꝙ in āno ſūt trecēti ſexaginta qnq; dies, q̄s diuidere op9 eſt p.xij.&.xij. ad formādū regulares feriales primi mēſis vʒ martij, a quo reliquorū mēſiū (mediate vel immediate (oēs regulares feriales formant: diuidēdo igitur talē notabis practicā, pones eñ cētū dies ſup ſummitates quinq; digitorū.xx.ſuper pollicē.xx. ſuper indicem xx.ſuper mediū.xx.ſuper medicū.&.xx.ſuper auricularē, quo facto capies quatuor ab auriculari eos ponēdo ſup pollicē, ī q̄ erunt.xxiiij. & ita bis.xij, & inde capies ab auriculari iteru quatuor (in quo ſūt ad huc.xvi.) poneſq; illos quatuor ſuper indicem, in quo erunt.xxiiij. & ita bis.xij. & ſic habebis iam quater.xij. diuiſos: &.xij. in auriculari ſūt adhuc & ſic erunt quinquies.xij. deinde capies quatuor a medico ponendo eos ſuper medium in quo tunc erunt.xxiiij. & ita bis.xij. in medico vero remanent.xvi. ex quibus capias.xij. ponendo cum alijs duo denis; & ſic remanebunt quatuor in medico: ergo clare vides quod ex centum diuiſis, per.xij.&.xij. remanēt.iiij. ex bis centū ergo remanebur t octo per ſimilē proportionē ex ter centū vero nihil remanebit, quia ter quatuor faciunt.xij. modo ex quolibet centenario remanent quatuor. ergo ex tercentum nihil reſtat, inſuper remanent diuidē di ſexaginta quinq;, ex quibus pones.xx.ſuper pollicē.xx.ſuper indicem &.xx.ſuper mediū, tunc a medio capies quatuor, quos pones ſuper pollicē, in quo tunc erūt.xxiiij. & ita bis.xij. in medio vero adhuc ſunt.xvi. ex quibus accipies iterum quatuor, poneſque ſuper indicem in quo tunc erunt vigintiquatuor, & ita bis.xij. in medio remanſerunt & ſic ex ſexaginta diebus nihil reſtat: ergo ex tercentum & ſexaginta nihil etiam remanet: ideo pręciſe quinq; (quos habemus vltra trecentos & ſexaginta) nobis remanent, & illi quinq; ſunt regulares feriales martij, ideo martiusquinq; habet regulares feriales: iuxta textū quinq; vel eſt. Pro regulari feriali aprilis formando, iunges regulares feriales martij cū diebus eiuſdē martij, qui ſunt.xxxi. & quinq; regulares feriales & ſic ſunt.xxxvi. quē numerū debes per ſeptē.&.vij. diuidere, tunc quicquid reſtabit erit regularis ferialis aprilis, quīquies eñ ſeptē faciunt.xxxv. & ſic ex prædicto numero remanet vn9, qui eſt regularis ferialis aprilis. Et pro formatione regularium ferialium maij: diuides dies ipſius aprilis cum ſuo regulari feriali, qui ſūt.xxxi. qui diuiſi faciunt quater ſeptem cum tribus de reſiduo, qui tres ſūt regulares feriales maij, iuxta textum quinq; monos terni, vel eſt aſtris clara. Formando vero regulares feriales iunij, iunges regulares feriales maij qui ſunt tres cum diebus eiuſdem maij qui ſunt.xxxi. ſic erunt.xxxiiij. qui (diuiſi per ſeptem) dant nobis ſex pro regularibus ferialibus ipſius iunij, iuxta textum quiq; monos terni ſex. vel eſt aſtris clara fulgentibus. Deinde formando regulares feriales iulij iūgas regulares feriales ipſius iunij diebus eiuſdem iunij, qui erunt in numero xxxvi. quibus diuiſis per ſeptē & ſeptē reſtat vnus, pro regulari feriali dicti iulij iuxta textum quīq; monos terni ſex vnus: vel eſt aſtris clara fulgentibus ara. Pro auguſti regularibus ferialibus formandis capias dies iulij cum ſuo regulari feriali / & erūt.xxxij. quib9 per.vij. &

Nota hāc facilē practicam.

vii.diuiſis remanebunt quattuor pro regularibus ferialib⁹ dicti augu ſti, & ſic de aliis ſequentibus menſibus faciliter facere valebis. Demū pro valore & vtilitate regularium ferialium & ſimiliter concurrētium (qm̄ vnum ſine alio nihil ſeruit) eſt notandū, ꝙ illi duo numeri ſimul iūcti faciunt nos cognoſcere initialem feriam cuiuſlibet mēſis.i.ī quota feria quilibet menſis incipiat. vno tamē praenotato ꝙ ſi aggregatū ex regularibus ferialibus: & cōcurrentibus tranſcendat.vii.debes ſemper remouere.vii.pro inuenienda initiali feria menſis. Exemplum Anno domini milleſimo quingētesimo decimo nono b/litera dominicalis ē, que dat nobis quinqꝫ cōcurrentes pro toto illo āno, quia inuentis ſemel cōcurrētib⁹ pro toto illo anno ſeruiunt. Si vis ergo ſcire, ī dicto anno quota feria aliquis menſis habet exordiū, debes iungere cōcurrentes illius anni regularib⁹ ferialibus illius mēſis, cuius initialē feriam ſcire cupis: exempli gratia in anno praedicto ſūt.v.concurrentes q iūcti quīqꝫ regularib⁹ ferialib⁹ martii faciūt x.remouēdo ergo vii. remanent.iii, ſignum ē ergo, ꝙ in illo predicto anno marti⁹ īcipit tertia feria. Item aprilis vnum regularem ferialem habet: & quīqꝫ cōcurrentes ſunt in p̄dicto anno, & ſic ſunt vi.ergo ſignum ē, ꝙ aprilis ī prefato anno incipit ſexta feria. Item maius tres habet regulares feriales & quīqꝫ concurrentes ſunt pro eodem anno, iūgas ſimul erunt.viii.& remouendo .vii.manebit vn⁹, ergo ſignum ē ꝙ maius ī p̄fato anno incipit prima feria, & ſic pro eodem anno ī aliis menſib⁹ practicabis Eſt tamen vna parua difficultas in ianuario in ianno predicto: nā cum Ianuarius tres habeat regulares feriales, & quīqꝫ ſunt concurrētes ī p̄dicto anno, faciunt, viii & ſic remouēdo.vii.remanet vnus, & ſic ī prima feria īcipiet: quod tn̄ non videtur ita eſſe immo ſeptima feria. Sed pro iſta difficultate tā ꝓ anno prefato q̄ꝫ pro omnib⁹ aliis notabis ꝙ ꝓ inueniēdo initialē feriā ipi⁹ ianuarii nos manem⁹ ſēper duos dies ſuper primā ſubungulam auricularis, ꝓ mutādo literā dominicalem manemus eīn in dicta iunctura in vltimo die decembris & ī p̄rio die Ianuarii, quia in eadem iunctura & ſuper eandem literam icepit/ & terminatur annus, vides enim, ꝙ prima litera Kalendarii eſt a & ſimiliter vltima, propterea cū dicitur ſuperius videtur in anno prefato ꝙ ianuarius incipiat ſeptima feria, Reſpondetur ꝙ non facit, quia ſeptīa feria eſt vltimus dies decembris, licet cadat in primā ſubungulam auricularis, quoniam in eadem prima ſubungula ponitur tūc ſeptīa feria & prima feria ſeptima quidem feria quae eſt vltimus dies decembris & prima feria, que eſt primus dies ianuarii: & ſic mutatur litera dominicalis, quia a/ quae ſeruiebat pro diebus ſabbati ſeruit poſtea pro dieb⁹ dominicis. Non te terreat ꝙ dixerim vnus regularis ferialis ī maſculino genere: quoniam duo adiectiua ſunt: ly regularis videlicet & ly ferialis, ſed ſēper ītelligitur dies, iō cū dicitur vn⁹ regularis ferialis ē ꝓ aprili.i.vn⁹ dies regularis ē pro aprili & dicitur regularis, quia eſt infallibilis, vt regula, qm̄ eſt numer⁹ dierum inuariabilis & hoc ē quod dicūt plerīqꝫ diffinien do regulares feriales Etiam dicitur ferialis qr initiales menſium ferias cū concurrentibus oſtendit. Alii tamē vocāt

De vtilitate concurrētium et regulariū ferialium.

Exemplū vnū facile & practicū

Nota bn̄ hāc paruā difficultatem.

V. dicitur regularis ferialis. Vnde dicit

tales dies regulas feriaru m,& bene quidē,quoniam ī rei veritate re-gule ſunt feriarum initialium cuiuſlibet mēſis,& ſic vtroq; modo be-ne dicitur. Si queras,quare potius primi regulares feriales dātur mar-tio ꝙ̄ cuicunq; alteri menſi. Reſpondetur ꝙ hæc ratio eſt,quoniam cō-potiſte regulares feriales & concurrentes(imitando Roānos)in mar-tio īchoarūt,ideo dicitur ī textu,ſūt ī marte noui cōcurrēs & regularis

Annus ſolaris/ex menſibus eſt duodenis,
Ia,fe,mar,ap,may,iun,iul,aug,ſep,oc,no,decēber,
Iunius.aprilis,ſeptember,et ipſe nouēber.
Dant triginta dies reliquis ſuperadditur vnus.
De quorum numero/februarius excipiatur.
Namq; quater ſeptem fertur habere dies.
Sed cum biſſextus fuerit ſuperadditur vnus.

Ordo. ¶ Annus ſolaris.i.annus ſolis eſt.i.cōſtat ex duodenis.i.ex xiimenſib⁹ qui ſunt iſti Ia.i.ianuarius fe.i.februarius martius,aprilis, maius,iu-ni⁹,iuli⁹,auguſtus,ſeptember,october,nouember,& december Iuni⁹ aprilis,ſeptember,& ipſe nouember,dant xxx.hoc eſt iſti quattuo menſes habent quilibet xxx dies:reliquis.i aliis mēſibus ab illis quat tuor ſuperadditur .i.ſubiungitur vn⁹:& ſic ſunt xxx vnus de(quorū ſcʒ menſium reliquorum) numero februarius ille mēſis excipiatur.i. dema tur nāq;.i.quia fertur.i.dicitur habere.i.cōtinere quater ſeptē.i.xxviii. dies:ſed cū.i.qn̄ biſſextus.i.annus biſſextilis fuerit.i.extiterit ſupaddi tur,i.ſubiungitur ei ſupple februario vn⁹ dies:& ſic ſūt.xxix.dies quos

Sententia. habet februarius,in āno biſſextili. Pro declaratione predicti text⁹ duo ſunt declarāda. Primum ē de noīb⁹. xii. menſium. Secūdū vero de nu mero dierū eorūdē menſium. Pro declaratione primi ē imprimis no-tandū,ꝙ Romulus conditor vrbis tm̄ decē cōſtituit menſes ī āno:mul tis rationib⁹ mot⁹ Prima ratio ē,quia vidit tm̄ temp⁹ ſufficere ad hoc ꝙ puer ex vtero matris ꝓdeat. Secunda ratio ē quia viduę per tm̄ tem-poris ſpaciū debēt(poſt mortē ſuorū maritorū)in viduitate remanere Tertia rō,qr tot digitos cōputare ſolem⁹ ī manib⁹ noſtris:& quia nul lus numer⁹(vltra digitū)trāſit articulū.i.decē ſed ſemꝑ reuertitur ad prīcipiū,oēs iſte rōnes patētꝑ hec Ouidiana carmīa ex libris faſtorū Tēpora digereret cū cōditor vrbis ī anno:Cōſtituit mēſes qnīq; bis

Verſus Ouidii ī priū accepti. eſſe ſuo. Quod ſatis ē vtero matris dū ꝓdeat īfans:Hoc anno ſtatuit tpis eſſe ſatis. Per:totidē mēſes a funere cōiugis vxor. Suſtinet ī vidua triſtia ſigna domo:Seu quia tot digiti:ꝑ quos nūerare ſolem⁹ Seu quia bis quino fœmina menſe parit:Seu quod ad vſq; decē nūero creſcente venitur. Prīcipium ſpaciis ſumitur īde nouis ¶ Et īcepit ānum ſuum dictus Romul⁹ vrbis cōditor in martio:primo menſe ab eodē ſic vo-cato ꝓpter patrem ſuum: videlicet martem:Vel quia eo tpe omnia fe minia agūtur ad marē. Secundū menſem vocauit aprilē,quaſi aphri-

lem a venere matre ſua quia ipe deſcendit a venere ex parte matris vel dicitur aprilis quaſi aperilis quia tunc pori terre aperiuntur & incipiunt herbe pullulare arboreſq & omnia vireſcere. Tertius vocatus eſt maius a maioribus natu dictus quia maior honor ſenioribus in illo exhibeatur mēſe ꝙ in aliis vel dicitur a maia matre mercurii. Quartus dictus eſt iunius a iunioribus erāt ei olī maiores ſcilicet ſeniores q appellabantur patres & hi in ciuitate ſemper remanebant vrbis regimini conſulentes. Erant & minores .i. iuniores q ibant ad pugnandum ꝓ republica & ideo maius a maioribus iunius a iunioribus nomē accepit Quintus dictus eſt iulius a iulio Ceſare qa in eo natus fuit prius tamē dicebatur quintilis eo ꝙ qntus eſt a martio ſextus ſextilis prius dictus vocatus eſt Auguſtus ab Octauiano auguſto qui in eo natus fuit ſeptimus ſeptēber dictus eſt quaſi ſeptimus ab ībre .i. a martio ſextus mēſe pluuioſo. Octauus october dictus quaſi octauus ab ībre Nonus nouēber quaſi nonus ab imbre Decimus december dictus quaſi decimus ab imbre Et hi ſūt quos Romulus dixit ſufficiēter ad anni cōplemētū ſꝫ numa Pompilius peritiſſimus aſtronomus videns ꝙ ſol non poſſet facere ſuum curſum his decem mēſibus duos iterū adiunxit: puta ianuarium & februariū: & vocauit ianuarium primum a ianua: quia ſicut per ianuam intramus domum ita per ianuarium intramus annum, vel a iano bifronte eo ꝙ annum preteritum ex vna parte & futurum ex altera reſpiciat: vocauitq ſecundum februarium a febribus eo quod in illo menſe de facili generentur febres: vel a frigore quia tunc tēpus valde frigidum eſt & ſic duodecim ſunt menſes in anno propterea menſis dicitur fere duodecima pars anni dico fere quia ſecundū ꝙ menſes habēt dies aliqñ ē magis ꝙ duodecima pars anni quod patebit ꝑ ſecūdū ꝓpoſitū. ❡ Secūdū ꝓpoſitū ē de numero dierū cuiuſlibet mēſis vñ poſtꝙ duodecim menſes inuenerūt dixerūt eos ſufficere ad perfectionem anni cuius ratio eſt qa ſol peragrando zodiacum duodecim circuit regiones ſignorum & manet per ſpacium vnius menſis in quolibet ſigno ideo primo dederūt cuilibet mēſi .30. dies & remanebāt adhuc quinq quia duodecies .xxx. faciunt trecentos & ſexaginta & in anno ſunt trecenti & ſexaginta quinq dies vt dictum eſt non curando ſex horas quas vltra habet propterea cum viderunt ꝙ quilibet mēſis habet .xxx. dies & quinq adhuc reſtabant ex qbus nō potuiſſēt facere vnū alium menſem qa nimis fuiſſet breuis propterea certis menſibus dederunt illos quinq dies qui ſupererant primum dederunt ianuario ſecundū dederunt martio tertium maio, quartum tribuerunt octobri & quintū decembri & ſic erant quinq mēſes habētes .xxxi. diem & ſeptem habentes tātum .xxx. Sed poſtea ſucceſſores iulii videntes alios menſes plures habere dies ꝙ habebat Iulius a iulio ceſare denominatus ꝓpterea abſtulerunt vnū a februario & dederunt iulio & ſic iulius habuit .xxxi. & februario remanſerunt tātū xxix. Deinde ſucceſſores Octauiani Auguſti videntes ꝙ iulius menſis denominatus ab imperatore iulio plures dies habebat ꝙ auguſtus mēſis denominatus ab Auguſto eorū iꝑatore ideo abſtulerunt iterū vnū ab ipſo februario & dederunt au

Iulius vñ dicatur

October vñ dicitur

Secundum ꝓpoſitum

Queſtio — guſto: & ſic auguſtus habuit & hȝ adhuc. xxxi diem & februario tantũ xxviii: dies remãſerunt. Et ſi dicas quare potius ſucceſſores iulii & auguſti abſtulerunt illos dies a februario q̃ ab aliquo alio mẽſe puta a Martio maio vel ab octobri. Reſpondetur ꝙ ratio ẽ quia viderũt ꝙ februarius erat vltmus mẽſis ſecũdũ Romulum: & non erat incõueniens ꝙ ab vltimo menſe remouerẽtur aliqui dies; vel quia ille menſis februarius dicebatur a febribus eo ꝙ in eo generantur febres: & etiã erat mẽſis luctus & triſtitie quoniam in illo menſe fiebant ſacrificia & celebrabãtur exequie mortuorum: propterea non poterat eſſe nimis breuis ille menſis ideo tantũ. xxviii. habet dies. Sed tamen in anno biſſextili de quarto videlicet in quartum annum dicto februario reſtituitur vnus dies & ſic habet. xxix. dies in anno biſſextili ſed in anno cõi tantum hȝ. xxviii omnia iſta patent per hos verſus ſequentes

Solutio

Iunius Aprilis September nouemq́ꝫ tricenos
Plus vnum relliqui ſed habet Februs octo vicenos
Cui ſi biſſextus fuerit ſuperadditur vnus

Verſus de diebus mẽ.

Et quia mẽſis diuiditur in hebdomadas vidẽdũ eſt q̃d ſit hebdomada vñ hebdomada eſt ſpaciũ ſeptẽ dierũ ideo denoĩatur a latinis ſeptimana quaſi ſeptẽ hñs tẽpora matutina hebdomada vero dicitur ab epta quod eſt ſeptem & dios q̃d eſt dies quaſi continens ſeptem dies dicitur etiã ſeptimana ſabbatũ ſecũdũ iudeos quod ĩterpretatur reqes ideo in toto ſabbato. i. ĩ tota ſeptimana debemus quieſcere ſiue ceſſare a viciis: ꝓpterea ſabbatũ eſt equiuocũ ſignificat eĩ requiẽ ſempiternã & vitam eternã ſcd̃o ſignificat ſeptimanã tertio ſignificat ſeptimum diem ſeptimane quarto ſignificat feſta & ſcd̃m hoc principaliter ſignificat diẽ dominicum qui eſt dies feſtus inter oẽs celebrandus & de hoc habetur in decalogo ibi ſabbata ſanctifices omnes iſte equiuocatiões patent per hos verſus Sabbata ſũt dñi reqes & vita perhẽnis Septimana dies ſeptima feſta dies: & eſt aduertendũ ꝙ ſeptimane non habent certa noĩa quia non hñt certa initia ſingulis nãq́ꝫ annis variantur ꝓpter vnũ vel ꝓpter duos dies qui quandoq́ꝫ ſunt ſuper integras ſeptimanas ex quibus fiunt cõcurrentes (vt dictũ eſt) Viſo igitur de mẽſibus & ſeptimanis reſtat videre de diebus vnde duplex dicitur eſſe dies naturalis videlicȝ & artificialis ſiue vſualis dies naturalis eſt ſpaciũ quo ſol ducitur circa totam terram tranſeundo per punctũ meridiei ſingulis diebus & per angulũ noctis & ſic dies naturalis cõplectitur & noctẽ & diẽ continetq́ꝫ ſẽper. xxiiii horas. Et dicitur a dia ꝙ eſt duo q̃a cõtinet duo tẽpora noctẽ vcȝ & diẽ vſualẽ vel dicitur a diis quorũ noĩa romaĩ q̃buſdã ſideribꝰ aſcribebãt vñ q̃libet dies ab aliquo deo ſecũdũ eoȝ denoĩabatur dies vero artificialis eſt ſpaciũ quo ſol peragrat aliquod hemiſperiũ ab ortu ſolis vſq́ꝫ ad occaſum & talis dies ſecũdũ aſcẽſũ & deſcenſũ ſolis creſcit pariter & decreſcit Et dicitur a dian quod eſt claritas & vocatur vſualis ſeu artificialis quia ſolam tale tempus eſt cõgruũ artificiis hominum exercẽdis Inſuper quia dies naturalis diuerſimode appellatur: & a diuerſis accipit nomina ſecũdum enim philoſophos a planetis ſeptẽ erraticis denominatur ſecũdũ eccleſiaſticos vero a ferior aris. i. ceſſo/

Vñ dicitur hebdomada

as:ſed quia de feriis iam dictum eſt. Reſtat de planetis dicēdum a quibus dies philoſophice propria ſortiuntur vocamina: quare hic ponitur imprimis is verſiculus.

Poſt ſim ſum ſequitur vltima luna ſubeſt.

Per quem verſiculum oſtenditur quomō planete ipſi ſituātur in celis, & hoc ſecundum literas dicti verſus dictionum incipiendo a ſupremo planeta.vnde in hac dictione ſim ſunt tres litere ſ i m,per ſ intelligitur ſaturnus qui eſt in ſeptimo celo:per i iuppiter qui eſt in.vi.per m, mars qui eſt i.v.Item in hac dictiōe ſum,tres ſunt etiam litere/ ſ u m per ſ ſol intelligitur,qui eſt in quarto celo,per u venus: q̄ eſt in tertio per m mercuriusqui eſt in ſecundo,poſtea luna eſtvltima,quia eſt in īferiori celo puta in primo verſus nos.Sed quia iſte ordo ſituationis nihil facit quoad denoīationem dierum, ideo ponitur talis ordo ſcd'ʒ quem dies denominantur a planetis,ſol,luna,mars,mercurius,iuppiter,venus,ſaturnus.Sol enim in die dominico, luna in die lune, mars in die martis,mercurius in die mercurii,iuppiter in die iouis,venus ī die veneris,ſaturnus in die ſabbati dominatur.Principaliter tamen in prima octaua mane,tertia poſt meridiem:decima ſero horis : quilibet planeta in ſuo die dominium habet.

Sol,ve,mer,luna ſaturnus,iuppiter,& mars.

¶In hoc verſiculo ſunt ſeptem dictiones, ſupradictos ſeptem planetas ſignificantes eo ordine quo ſingulis horis alius & alius planeta dominiū habet,ī prima enim hora poſt mediam noctem,in die ſabbati, ſol dn̄atur ſolus,quia eſt prīa hora diei dn̄ici, in ſecunda hora venus cū ſole,in tertia mercurius cū ſole,ī quarta hora luna cū ſole, ī qnta hora ſaturnus cū ſole/ī ſexta iuppiter cū ſole/ī ſeptīa mars cū ſole/ ī octaua ſolus ipē ſol dn̄atur,ī nonavenus iterū cū ſole:in decīa mercurius cū ſole,ī vndecīa luna cū ſole,in duodecīa,q̄ meridiana dicitur, ſaturnus cū ſole,in prīa poſt meridiē iuppiter cum ſole:& ſic cōſeq̄nter donec venias ad duodecimā horā poſt meridiē ī qua regnabit mercurius cū ſole Sol enim per totum diē dn̄icū puta.xxiiii.horas,aliqn̄ ſolus aliqn̄ cum aliis,vt dictum eſt dn̄atur.Tunc hora prima poſt mediaʒ noctem diei dn̄ici regnat luna:quia eſt prīa hora diei lune,in ſecunda ſaturnus cum luna,& ſic conſeq̄nter vt de ſole dictum eſt,quod vt clarius intelligere poſſis ſituabis ſeptem illas dictiones.Sol/ve/mer/luna/ſaturnus/ iuppiter/& mars:in tribus iuncturis interioribus pollicis:& in tribus interioribus indicis cum ſummitate eiuſdem:ſituabis enim primam,dictionem ſcilicet ſol in ſummitate pollicis/ ſecundam ſcilicet ve/in media pollicis:tertiam puta mer/in radice pollicis/quartam autem videlicet luna/in radice indicis,quintamvero ſcilicet ſaturnus/ ī ſecunda radice eiuſdem indicis:ſextam vero ſcilicet iuppiter in tertia radice eiuſdem,ſeptimam ſcilicet mars in ſummitate eiuſdem indicis:ergo planeta,id eſt dignior in digniori die dominatur/puta dominico vt dictum eſt,& hoc per vigintiquatuor horas,ſi vis ergo ſcire quis planeta regnat in die ſequente dominicum puta die lune,debes cōputare. xxiiii.

horas īcipiēdo a ſummitate pollicis circuiēdo ac reiterādo illas .vii. iūcturas: tūc finitis .xxiiii. horis planeta q ſituatur ī ſeqnti iūctura poſtea regnabit per totū diem lune, & erit ipa luna, & ſic cōſeqnter de aliis Si breuiori mō tū ſcire volueris planetā regnātem in principio diei ſequentis & etiā per totū diē, tu debes capere quatuor iuncturas īcluſiue puta numerādo illā in qua tu es, & in illa quarta iunctura infallibiliter ſituatur planeta regnās in die ſeqnti. Exemplum, ī die dñico regnat ſol qui ponitur in ſummitate pollicis: ſi tu vis cognoſcere planetā regnātē in prima hora die lune & per totū diem lune, tu debes ipſammet ſummitatem pollicis & mediā eiuſdem & radicem eiuſdem pollicis numerare & deinde primā radicem indicis q̄ eſt quarta: tūc dico ꝙ ille planeta q ſituatur in illa prima indicis radice: in prima hora diei lune dñabitur, & ſimiliter in toto die lune. Inſuper ſi quis planeta habet regnare poſt lunā, tu debes numerare quartā iuncturā ab illa in qua ſituatur luna, & hoc incluſiue puta cōputādo iuncturā lune & ſimiliter iūcturā illā quartā. Exemplū, cōputabis īprimis primā radicem indicis, ſcd'o ſcd'am radicem indicis, tertio tertiā radicem indicis & quarto & vltimo ſummitatem eiuſdem indicis, & ille planeta qui debet regnare poſt lunam ī illa ſummitate indicis inuenietur, & ſic erit mars, eodē mō debes facere de oībus aliis, & hoc ſcd'm inchoationem ſiue inceptionem dierum apud eccleſiaſticos, quia alii cōplures alio mō incipiūt diē, vt patet per hos verſus. Mane diem greca gens incipit aſtra ſeqndo. In medio lucis iudeus veſpere ſctā. Inchoat eccleſia medio: ſub tpe noctis. Hic eſt ꝙ ali qui aſtronomi incipiūt in meridie ſeqndo iudeos: & aliqui in ſolis ortu alii aūt in ſolis occaſu: & hinc ꝓuenit diuerſitas inter aſtrologos & compotiſtas, quo ad renouationē lune vt videbitur in ſcd'a parte. Sed pro proprietate horū planetarū clare intelligēda, ponūtur hec Petri pōtani carmīa. Iuppiter atq; venus bona, mars ſaturnus īiqua. Sol & luna tibi ſemper mediocria donāt. Mercurius ſocios ſequitur: quis ꝓpria cōfert. Senſus eſt. illi duo planete .ſ. iuppiter & venus naturaliter inclināt hoīem ad bonū, alii duo puta mars & ſaturnus naturaliter inclināt ad malum: ſed alii duo puta ſol & luna inclināt hoīem mediocriter ad bonum, & aliquātulum ad malum, ideo dicuntur indifferentes: quo ad eorum inclinatiōes ſeu influentias, alius aūt .ſ. mercurius nullā ꝓpriā inclinationem ſibi retinet, ſed totaliter ſequitur ſuū coadiuuātem / ſic ꝙ ſi ſit bonus coadiuuans eum / mercurius erit bonus, & ſi malus / malus: ideo cum bonis bonus ē mercurius & cū malis malus: hinc eſt ꝙ hoīes qui ſunt hmōi: adagialiter mercuriales appellātur, in his enim tribus carminibus ſolū ſunt cōes planetarū inclinatiōes: ideo pro ſpecialibus ponuntur hec carmina ab eodē pōtano in hac materia peritiſſimo cōſtructi. Spes / lucrū / fortuna / heres ſub ſole feruntur. Furtū / mercatum / ſopnū / pallatia / lune marci bella: hoſtes / tedas / ergaſtula / ſignēt / morbos / dāna / metus: & debita / mercurius fert. Iuppiter optatuꝫ: faces / gaꝫas & amictus: Leta viā / ſocios / ſociaſq; venus tibi gignit. Vitā / edes documēta vices / ſaturnus accerbat, in his carminibus denotātur quarte partes in quibus planete ſingularē hñt influētiā: in quolibet enim

carmine quatuor ponũtur dictiões: importãtes q̃libet vnã quartã partem hore, in qua talis planeta (cui cõueniunt ille dictiões) dñatur. Exẽplum, licet cor inclinet hoiem ad ſpem hñdã, ad lucrum faciendum, ad fortunã cõſeq̃ndã, & ad hereditates adipiſcẽdas, ĩ prima tñ quarta ſue hore ad ſpem in ſcđa ad lucrũ/ in tertia ad fortunas/ & in quarta /ad hereditates ſpecialiter inclinat. Luna vero in prima quarta ſue hore ad furtendum, in ſecunda quarta ad mercãdum, in tertia quarta ad dormiendum, & in quarta ad edificãdum naturaliter inclinat. Sed mars in pria quarta ſue hore ab bella: in ſecunda ad futuros inimicos, in tertia ad tedas ſiue nuptias tractandas, & in quarta ad carceres inhabitãdos ſcđꝫ naturã incitat. Mercurius vero ĩ pria quarta ſue hore ad morbos/ in ſecunda ad iacturas: in tertia ad timores: & in quarta ad debita ſeu ad varios debẽdi modos ĩclinat. & qñ ſolus in hora dñatur, quia qñ cũ aliis regnat ꝓpriã illis cõfert inclinationem vt dictum eſt: iuppiter aũt ad rem deſideratã cõſeq̃ndã in prima quarta ſue hore ĩcitat/ in ſcđa ad honores capiẽdos/ in tertia ad theſauros & diuitias affectãdas: & in quarta ad põpoſas veſtes hñdas inclinat. Venus aũt in pria quarta ſue hore ad leticiã ſeu ad modũ letãdi/ in ſcđa ad modũ quecũqꝫ peregrinãdi, iu tertia ad ſocios hñdos: & in quatta ad feminarũ cupiditates ex natura ſua incitat. Sed ſaturuus in pria quarta ſue hore vitã hoĩs ĩfelicitat in ſecunda edes ſiue edificia infortunat/ in tertia doctrinas ſeu ſciẽtias malas effieit/ & in quarta mutationes quoſcunqꝫ/ vtputa de regione ad regionem, de vrbe ad vrbem, de vico ad vicum, de domo ad domũ, de cubiculo ad cubiculum ex natura ſua accerbat. Q đ aũt hi planete humanos ad talia inclinare ſoleãt, hoc maxime fit in gñatiõe hoĩs & in natiuitate hoĩs ſimiliter. Principalius tñ in gñatiõe dicũt philoſophi talia cõtingere, etiã eſt notãdũ ꝙ qlibet planeta habet dñiũ ſupra fetũ in vtero matris in aliquo mẽſe/ Nã Saturnus in prio mẽſe ſupra fetum habet dñiũ: Iuppiter in ſcđo mẽſe/ mars in tertio menſe, Sol in quarto menſe. Venus in quinto, Mercurius in ſexto. Luna ĩ ſeptio. Saturnus iterũ in octauo, Iuppiter in nono. Et quia Iuppiter eſt planeta beneuolus ideo fetus naſcens in nono menſe facile põt habere vitã/ etiã ĩ ſeptimo quia luna beneuola eſt, ſed nõ ĩ octauo: quia ſaturnus malus ĩfluit mortẽ. Vnũ tñ in hac materia aĩaduertere velĩ ꝙ planete illi inclinant quidem, ſed nõ neceſſitãt/ immo oĩno ecõtrario cõtingere põt/ & ſepiſſime oppoſito modo cõtigit quoniã illa naturaliter tãtũ eueniũt, & deus (qui eſt ſupra vniuerſam naturã creatã) nõ ſubiicitur regulis nature ſed oĩa mere libere ſuo infinito arbitrio ſuaqꝫ infinita & increata voluntate (q̃ ipſe eſt) potenter gubernat, ſapienter dirigit, & miſericorditer diſponit. Inſuper dedit cuiqꝫ ratiõali creature ad bonum vel malũ, prout libet, eligendum: ſcriptum eſt enim ſapiens dominabitur aſtris. ꝑterea animũ tuũ in illis, q̃ dicta ſunt, inclinalionibvs non inuoluas quoniam aliter ĩfidelis & in fide dubius de facili effici valeres ſi curioſe nimis & ſuperſtitioſe illa quaſi immutabilia credere velles.


Sex maius nonas, october, iulius & mars.

Quattuor in reliquis, tenet idus quilibet octo,
Inde dies reliquos omnes dic eſſe Kalendas
Nomen ſortiri debent a menſe ſequenti.
Verſibus his noſcas menſis cuiuſq; Kalendas,
Tantum tendebat, ꝙ regni ſumma regebat,
Sanctus, rex, talis, ſapienter, regna, ſubegit,

¶ Martius Maius Iulius & October illi quatuor mēſes hn̄t ſupple ſex nonas.i. ſex dies denoīatos a nonis: quattuor ſup. none.i. quatuor dies denoīati a nonis ſunt ſup.ī reliqs.i. in aliis menſibus qlibet mēſis ſup. tenet.i. habet.viii. idus.i. viii. dies denoīatos ab idibus, inde.i. inſuper dic oēs dies reliquos.i. omnes alios dies eſſe calendas.i. denoīari a calendis, & debent illi dies ſup. ſortiri nomen.i. accipere denoiationem a menſe ſeq̄nti.i.a calēdis menſis ſeq̄ntis, noſcas.i. tu cognoſces calēdas .i. dies denoīatos a calendis cuiuſq;.i. cuiuſlibet menſis his verſibus.i per hos duos verſus ſeq̄ntes puta. Tātū/tendebat/ꝙ/regni ſumma/ regebat. Sctūs/rex/talis/ſapiēter/regna/ſubegit. In q̄buſq̄dē verſibus ſūt duodeci dictiōes. xii. menſibus ſeruiētes: pria eī dictio.ſ. tātū ianuario ſeruit, ſcda puta tendebat februario, tertia vero ꝙ martio & ſic de aliis per ordinem vſq; ad vltimā dictionem vltimūq; menſem. Sed pria litera cuiuſlibet dictiōis ſolūmō ſeruit: nā quotacūq; ſit in ordīe alphabeti tot dies ſunt denoīati a calendis illius menſis, cui ſeruit talis dictio. Vñ ſolū.iiii. ſunt ī his verſibus littere ſeruientes, puta q r ſ t. vñ q eſt xvi. litera in abecedario: Ideo ſunt. xvi. dies denoīati a calēdis illius mē ſis: cui ſeruit q r eſt. xvii. in alphabeto, ideo tot ſunt dies denoīati a calēdis oīm menſiū quibus r deſeruit: ſ aūt eſt. xviii. litera in alphabeto: ideo tot ſunt dies denoīati a calendis illorū menſium: quibus ſ deſeruit: ſed t eſt. xix in alphabeto, ideo tot ſunt dies denoīati a calendis illorum menſium quibus t deſeruit. ¶ Pro ampliori tñ huius materie declaratiōe eſt īprimis notādum: ꝙ ſunt tātū tres dies ī quolibet mēſe, q ꝓpriis noībus, Romano more, nuncupātur: & ab eis aliis omnes denoīantur: ſunt eī hi tres calende/none/& idus quos quidem tres dies romani ꝓpter dies feſtos vel ꝓpter officia magiſtratuum īſtituerūt his eī diebus ī vrbibus cōueniebāt, vt habetur de cōſecratiōe diſtinctione pria.c ſi quis, vnde Calende ſunt primi dies menſis quoniā primus dies cuiuſlibet menſis vocatur Calente illius menſis, exēpli gratia, primus dies ianuarii vocatur calēde ianuarii primus dies februarii dicitur Calēde febru. primus dies martii Calen. mar. appellatur, & ſic de oībus aliis ē dicendū vel ī adiectiuo Calēde ianuarie feb. &c. Et dicūtur calende quaſi colende: quoniā tunc apd' romanos, q gentiles adhuc erant, ſemper erat feſtum iunonis. Vñ Ouidius. Vendicat auſonias ſaturnia iuno Calendas, vel quia tunc a Romano populo principia menſium (quaſi ſolennes feſtiuitates) celebrabantur: ſicut fit adhuc ab he-

breis: de quo Ouidius Salue feſta dies: meliorq; reuertere ſemper A populo rerũ digna potẽte coli quod tamẽ nobis chriſtianis ꝓhibitum eſt nunc vt patet. xxxvi.q.c.vult & c non licet & c.ſequenti Vel dicuntur a Calo quod eſt voco nam primo die menſis preco populum ad nundinas vocabat clamans toties Kalo quot dies erãt vſq; ad nonas in quibus fiebant nundine ideo pluraliter Calẽde a pluribus vocationibus vocabantur Vel a Kalo quod eſt bonum omen per totum menſem habendum mittebant enim ad ſeipſos mutuo enxenia.i.munera quedam quod iterum chriſtifidelibus prohibetur: vt habetur. xxxi.q.c.vult & c .non obſeruetis: None vero in menſibus in quibus ſex dies denominãtur a nonis: ſeptimus dies appellatur: vt in martio ſeptimus dies none nonarum dicitur: in maio iulio & octobri ſeptimi dies etiã none vocantur: in aliis vero octo mẽſibus quĩtus dies ĩ quolibet none nonarum appellatur: & dicuntur none quaſi nundine: quia tunc Romani nũdinas inchoabant: vel dicũtur none quaſi none ab adiectiuo nonus a um eo ꝙ nonus dies ante idus erat vel dicuntur none a nõ: quia tunc nullum erat feſtum: Ouidius, nonarum tutela deus erat: ideo autẽ in aliquo menſe erãt none ſiue inchoatio nundinarum in die quinta: & aliquo in die ſeptima: ne predones certum tempus ad ĩſidiãdum mercatoribus haberent dies.xiii.in menſibus habẽtibus tantum quatuor dies denominatos a nonis .xv.in menſibus habẽtibus ſex dies denominatos a nonis idus vocatur. Dicitur autem idus ab iduo as: id eſt diuido is ſeu ſeparo as: quia tunc mercatores a nundinis ſeparabantur vel dicuntur idus ſecundũ alios ab edendo: eo ꝙ apud veteres dies tales epularum eſſent. Vides ergo ꝙ tantũ tres dies in quolibet menſe propriis nominantur nominibus. Primus qui Calende appellatur feminini generis in pluratiuo tantum numero declinatur. Decimustertius vero Ianuarii: Februarii. Aprilis, Iunii. Auguſti. ſeptembris. Nouembris & decembris. idus nuncupatur: & quintus eorumdem menſium dies: none vocatur. Sed.xv.dies Martii, Maii, Iulii & Octobris idus nuncupatur. Sextus vero dies eorumdem mẽſium none appellatur & tam Calẽde none q̃ idus in feminino genere & in pluratiuo tantũ numero inflectuntur: Calẽde tamen & none ĩ prima declinatione: & idus in quarta declinantur. Inſuper cum reliqui dies cuiuſlibet menſis a Calendis nonis & idibus nominentur videndum eſt quia a nonis: qui ab idibus: & qui a Calendis nomina ſortiuntur: vnde dies qui ſunt inter Calendas & nonas a nonis nomina capiũt: ſed illi qui ſunt inter nonas & idus ab idibus denominationem habent: illi vero dies qui ſũt inter idus & Calendas menſis ſequentis. a Calendis illius ſequentis mẽſis denominatur: & hoc eſt quod dicitur in textu nomen ſortiri debent a menſe ſequenti Notandum eſt preterea q̃ in illis diebus: qui denominationem ab aliis capiunt: numerandis: ordo retrogradus eſt tenẽdus incipiendo a maiori numero verſus vnitatem tendendo: exempli gratia: volẽdo omnes dies Ianuarii numerare more latino ſic ꝓcedam: primum enim Calendas vocabo ſecundum quartum nonas: tertium tertium nonas: quartum pridie nonas: & quintum nonas vocabo: ſextum

octauum idus:ſeptimum vocabo ſeptimum idus.viii.ſextum idus.ix. quintum idus.x.quartum idus.xi.tertiū idus.xii.pridie idus.xiii.idus vocitabo ianuarias.ſed.xiiii.vocabo.xix Kalēdas februarias.xv.decimumoctauum Kalendas februarias vocabo.xvi. vocabo decimumſeptimū Kalendas fe.xvii.vocabo decimumſextum. Kal:febr. xviii.vocabo decimumquintum Kal fe xix. vocabo decimūquartū Cal.fe.xx. vocabo decimūtertiū Cal.fe.xxi.vocabo duodecimum Ka.fe.xxii.vocabo vndecimū Kal.fe.xxiii.vocabo decimū Kal.fe.xxiiii. vocabo nonū Kalen.fe.xxv.vocabo octauūKal fe xxvi.vocabo ſeptimū Kal.fe.xxvii vocabo ſextum Calē.fe.xxviii.vocabo quintūCalē.fe.xxix. vocabo q̄rtum Calē. fe.xxx.vocabo tertium Calē.fe.xxxi.& vltimum diem Ianuarii vocabo pridie Calē.fe.& poſtea ſi vis vltra ꝓcedere vocabis primū diem februarii Calē.februarias:ſecūdūvocabis quartum nonas februarias:& ſic de aliis menſibus facies vſq; ad finē anni,vno tamen notato,quod ſecūdum diē martii vocabis ſextū nonas martias:tertiū vocabis quītū nonas martias:quartum vocabis quartum nonas martias quintuꝫ vocabis tertium nonas martias:ſextū pridie nonas mar.& ſeptimū vocabis nonas martias:eodēmodo facies ī maio, iunio,& octobri quia quilibet illorū quatuor habet ſex dies denominatos a nonis in omnibus aliis vero menſibus eodē modo ſicut in Ianuario ꝓcedes: ſivis ergo peritorū more ſcribere dices hoc modo:ex Lutecii Calendis Ianuarii Februarii Martii Aprilis Maii & ſic de aliis menſibus: ſi,in primo die alicuius illorū ſcripſeris Si autē ī ſecundo die martii maii iulii & octobris ſcripſeris:dices hoc modo. Valle.ex famatiſſimo montis Acuti collegio quarto nonas ianuarias februarias apriles,iunias,auguſtas ſeptembres nouēbres,vel decembres. Inſuper aduerte ꝙ dies omnes denominati a nonis & idibus denominantur etiam a menſe, in quo ſituātur none & idus illiuſmet menſis.Sed dies qui a Calēdis denominātur ſemper ſunt in menſe precedente:& hoc eſt quod aliqui dicunt: ꝙ Calēde ianuarii ſunt in mēſe decembris quod debet ſic intelligi Calēde ianuarii ſunt in menſe decembris. i. dies qui denominantur a Calēdis Ianuarii ſunt in menſe decembris.Si autē vellent intelligere ꝙ Calēde ipſiuſmet ianuarii ſint in menſe decēbris falſum eſt:quia Calēde ianuarii ſunt in primo die eiuſdem ſicut Calēde cuiuſlibet menſis ſunt in primo die ipiuſmet ꝙ autem ponantur in accuſatiuo non inconuenit quia ſubintelligitur p̄poſitio ante Vnde cū dicitur tertio nonas martii.i. tertio die āte nonas martii.Itē cū dicis ſexto idus martii.i.ſexto die ante idus martii etiā quādo dicis ſexto ſeptimo vel octauo Calēdas martii.i.ſexto ſeptimo vel octauo die ante Calēdas martii Sed cum dicis pridie nonas idus vel Calēdas martii vel alterius menſis.i die p̄cedēte nonas idus vel Calendas ꝙ autē dicas pridie & non ſecundo nonas idus vel Calēdas ratio eſt quia ſecūdus dicitur a verbo ſequor ris ideo ſi diceremus ſecundo nonas idus vel calendas ſenſus e et die ſequēte nonas idus vel Calēdas quod falſum eſt quia talis dies non ſequitur nonas idus vel Calēdas ſed immediate precedit.



Eſt aries/taurus/gemini/cancer/leo/virgo/

Libraq;/ſcorpiꝰ /architenens/capricornꝰ & vrna

Quodq; tenet piſces ſita ſunt hec ordine ſigna,

Semper quindenis ponuntur ſigna kalendis.

¶ Aries eſt ſignũ in zodiaco ſupple ſub quo ſol trãſit faciẽdo ſuũ curſum. Taurꝰ eſt ſignũ ſimiliter leo, virgo, q; & libra & ſcorpiꝰ, architenens. i. ſagittarius/capricornꝰ: & illud ſignũ ſupple quod tenet piſces. .i. iſta .xii. ſigna ſunt ſub quorũ quolibet ſol faciendo ſuum curſum triginta gradus pertrãſit. Et ſunt ſita. i. ſituata ĩ zodiaco illa ſigna hoc. i. tali ordine, quo ponũtur ĩ verſibꝰ ſupradictis, Et ſigna illa ſupple ſemper. i. in quolibet mẽſe ponũtur. i. ingrediũtur mẽſem ſupple quĩdenis Ordo

Kalēdis.i.quīto decimo Kalēdas. Pro declaratiōe huius materie(licet incidentaliter)duo notabim⁹ prio de nominib⁹.xii.ſignorum & quare animalia dicantur. Secundo de proprietatib⁹ ſeu naturis eorundem videbimus. Pro enucleatione ergo primi ē notandū, q̄ zodiacus diuiditur in.xii.partes.que quidem nominātur nominib⁹ quorumdam animalium:& hoc propter quādam proprietatem:quam habet ſol(exiſtens in illis partibus)cum talibus animalib⁹. Vnde primū ſignū vocatur aries:& ingreditur illud ſol.xv.Kalendas aprilis vel paulo ante: quoniam ſecundū quod eccleſia credit ī eo factus fuit ſol:licet dicant arabes q̄ fuit factus in leone. & dicitur aries ab ares quod ē virt⁹, quia ſicut aries eſt animal robuſtum & forte in parte anteriori propter cornua:& in poſteriori parte ſatis debile:ita ſol exiſtens ī illa parte zodiaci(que dicitur aries, in poſteriori ſcilicet ī hieme parū habet virtutis & caliditatis, in parte autem anteriori ſcilicet verſ⁹ eſtatem magis virtutis habet & caliditatis.eo q̄ aſcendit ſuper noſtrū hemiſperiū, vnde nō accipitur pars anterior pro pricipio mēſis ſed eſt poſterior pars quia ſecundum aſtrologos ſol intrat per poſticum arietis tamen quando dicitur ſol ē ī ariete.illud quod preteritū eſt de menſe vocatur poſterior pars arietis illud autem quod eſt futurum vocatur anterior pars. Allegorice dicitur illud ſignū aries quia tūc tēporis Abraham immolauit arietem quem inuenit inter vepres cū filiū ſuum iſaac vellet ſacrificare. Secundū ſignum vocatur taurus, quia ſicut taurus eſt fortior q̄ aries.ita ſol exiſtēs in illo mēſe vel in illo ſigno fortior ē.i.calidior(ſaltem quoad nos)q̄ cum erat in ariete. Allegorice dicitur quia cū iacob rediret ab egipto ſopore oppreſſus in quodam prato dormiuit: quo experrecto angelus ad eū venit luctatus eſtq̄ cū eo quaſi cum tauro:vnde poſtea claudus remanſit & ingreditur ſol illud ſignum.xv.Kalendas maias vel eo circa. Tertium ſignum vocatur gemini quod ſol īgreditur.xv.Ka.iunias, vel paulo ante:dicitur aūt gēmi, quia tūc vis ſolis geminatur incipit enī eſſe calidus & ſiccus effectiue:vel quia tunc res precipue geminātur:aues nidificant & cetera id genus animantia ſua paria diſquirunt vel quia ſol per duos grad⁹ ī illo ſigno plus q̄ ī aliis dicitur manere. Allegorice dicitur q̄r gēine perſōe ſcilicet. Adā & Eua vt aliqui arbitrātur facte fuerunt quod tn̄ veriſimile nō ē cum fuerūt creati in eadem ſeptimana in qua ſol creatus fuit vt habetur geneſeos primo & ſol in martio creat⁹ fuiſſe fertur. Quartū ſignum eſt cācer q̄ ſol īgreditur.xv.Kalēdas iulias & dicitur cācer, q̄r ſicut cācer ē aīal retrogradum ita ſol incipit in illo ſigno retrocedere tēdēdo a ſuperiori hemiſperio ad inferius, ſolſticium eſtiuale cauſādo. Allegorice quia tunc Iacob fuit cancroſus. Quintum ſignum vocatur leo q̄ ſol ingreditur circa.xv.Ka. augusti, & dicitur leo quia quemadmodum leo ē aīal inexpugnabile:ſic tunc tēporis ſol calidiſſimus ē & ideo periculoſum eſt in illo tempore diminuere ſanguinem & vti pinguib⁹ edulis, propter dies caniculares qui tūc ingrediūtur. Allegorice dicitur leo ad memoriam reſurrectionis chriſti, qui reſurexit ſicut leo, licet nō in illo menſe. vnde chriſtus fuit homo naſcendo:& quia beatus Mathe

Sententia

Aries primū ſignū.

Thaur⁹ ſecundum Gemini tertium ſignum

Cancer quartum ſignum

us locutus eſt de chriſto quantum ad humanitatē: ideo depingitur inter euāgeliſtas vt homo ſaltem quoad faciē. Fuit etiā chriſtus dominus vitulus moriendo: & quia beatus Lucas locutus eſt de eo tanquā de eius paſſione: iō depingitur euāgeliſta vt vitulus. Similiter fuit leo reſurgendo: & quia beatus marcus locutus fuit de eo tāquā de eius reſurrectione ideo depingitur ipſe vnus ex euāgeliſtis vt leo. Similiter fuit auis in aſcēdēdo: & quia beatus ioānes locutus eſt de eo tāquā de eius aſcenſione: ideo pingitur ille euāgeliſta vt auis. Vnde verſus.

Virgo Ioannes auis: vitulus Lucas: leo Marcus. — Verſus de euā geliſtis.
Eſt homo Matheus: quatuor iſta deus.
Et homo naſcendo chriſtus: vitulus moriendo:
Eſt leo ſurgendo: iouis ales ſumma petendo.

Sextū ſignū eſt virgo, quod attribuitur Auguſto: quia ſicut virgo eſt ſterilis quoad prolē ita in illo menſe omnia quæ ſunt in terra ſolis cōmuniter calore deſiccantur & non creſcunt: ſed ſolum matureſcūt. Septimum vocatur Libra: & attribuitur ſeptēbri: quia in illo menſe ſol librat .i. æquat dies noctibus. Octauū vocatur Scorpio & attribuitur octobri: quia ſicut ſcorpio eſt animal vngens lingua & pungēs cauda: ita ſol in illo menſe vngit in principio puta mane: & pungit in fine puta ſero. Allegorice quia tunc fuerunt miſſi ſcorpiones in ægiptum ad couertēdum Pharaonē & populum ſuum. Nonum ſignum vocatur ſagittarius ſiue architenens & attribuitur nouēbri: quia in illo mēſe cadunt grandines & pluuiæ quę vidētur res humanas ſagittare. Allegorice dicitur, quia in illo menſe Abrahā habuit victoriā a philiſtinis cū ſagittis. Decimum ſignum eſt capricornus: & attribuitur decēbri: qa ſicut capra erigit ſe aſcendendo & paſcendo: ita ſol erigit ſe ad ſuperiora .i. ad noſtrum hemiſperium. Allegorice dicitur quia in illo menſe Eſau perdidit benedictionē patris ſui Iſaac: propter venationē capri. Vndecimum ſignum vocatur vrna ſiue aquarius: & attribuitur ianuario: quia tunc tempus eſt pluuioſum allegorice dicitur qa tūc chriſtꝰ baptizatus fuit Duodecimum & vltimum ſignū vocatur piſces & attribuitur februario: qa tunc piſces ſequuntur aquā aſcēdēdo: Allegorice vero dicitur quia Ionas propheta in illo menſe fuit in ventre ceti per ſpacium trium dierum. ¶ Quantum ad ſecundum de proprietatibus ſiue inclinationibus illorum ſignorum: eſt imprimis notādum: ꝙ illa .xii. ſigna ſe habēt ī triplici differētia qm̄ q̄dā ſunt bona / q̄daꝫ mala / & q̄dā īdifferētia bona ſūt hęc aries / ſagittariꝰ / libra / & aquariꝰ Mala aūt ſūt iſta: leo / taurꝰ / capricornꝰ / & gemini. Sed ī differētia ſunt hęc: cācer / virgo / ſcorpiꝰ / & piſces. inſuper ſignorū q̄dā ſūt mobilia q̄dā fixa & q̄dā cōmunia. Mobilia ſunt hęc aries / cācer / libra & capricornus dicū tur aūt mobilia: qa mutāt quatuor tēpora anni. Aries em̄ principiū veris: cācer principiū ęſtatis & capricornꝰ principiū hiemis occupat. Fixa ſunt iſta taurꝰ / leo / ſcorpiꝰ / & aquariꝰ: dn̄r aūt fixa qa quodlibet illorū ī medio alicuiꝰ partis āni figitur. Taurꝰ em̄ ī medio veris leo ī medio æſtatis: ſcorpiꝰ ī medio autūni: & aquariꝰ ī medio hiemis Cōia vero ſūt hęc: gemini / virgo / ſagittariꝰ / & piſces: dn̄r āt cōia qa q̄d — Secundū propoſit

libet illorũ participat ex duabꝰ partibus ãni.ſiue cõmunicat cũ duobꝰ tpibꝰ ãni.Gemini em̃ cõmunicat cũ vere & ęſtare.Virgo cũ ęſtate & auctũno participat,ſagittarius cũ auctũno & hieme cõicat, piſces cũ hieme & vere.inſup dicta ſigna diuidũtur in quatuor triplicitates.& ſecũdũ hoc eorũ ꝓprietates ſcd'm naturas elementorũ declarabũtur Prima em̃ triplicitas/quę vocatur oriẽtalis/ẽ hęc tria ſigna,aries, leo & ſagittariꝰ:quę dicũtur ſigna calida & ſicca ex natura ignis,& quia excaliditate & ſiccitate cauſatur collerica cõplexio dicũtur ſigna collerica:ſub quibꝰ ſole exiſtente bona ẽ fleubotomia in perſonis flegmaticis:in quibꝰ tunc corroboratur virtus actractiua.Secunda triplicitas quę occidentalis /eſt hęc tria ſigna gemini/libra/& aquariꝰ.quę dicũtur ſigna naturaliter calida & humida,& ſimiliter aerea:& quia ex caliditate & humiditate cauſatur complexio ſanguinea (quę bona complexio dicitur)ideo illa ſigna dicũtur ſanguinea,in quibus ſole exiſtẽte bona eſt fleubotomia in pſonis mellãcolicis & fortificatur in eis virtꝰ digeſtiua.Tertia triplicitas (q̃ dicitur meridionalis) ẽ hęc tria ſigna thaurꝰ/virgo/capricornꝰ,quę ſũt ſigna ex natura ſua frigida & ſicca ideo ſunt de natura terrę:& quia frigiditas & ſiccitas cauſant cõplexionem mellancolicam:ideo dicñtnr illa ſigna terrea & mellancolica in quibus eſt bona fleubotomia in perſonis ſanguineis ad confortãdũ virtutes retentiuas.Quarta triplicitas (q̃ dicitur ſeptẽtrionalis) eſt tria ſigna cãcer/ſcorpius/& piſces,quę ſunt ex natura ſua frigida&humida,& ideo de natura aquę& quia frigiditas & humiditas cauſant cõplexionẽ flegmaticã:illa ſigna dicuntur aqua & flegmatica:in quibus ſole exiſtente bona eſt fleubotomia ſeu ſanguinis diminutio i perſonis collericis ad cõfortandum earũ virtutes expulſiuas.Et vt ſup digitos iſta poſſis clariuſcule cõprehendere notabis iſtud carmen a petro põtano conſtructũ . Ignis/terra/aer/aqua/ſummis ſigna docebũt. Sunt enĩ in hoc verſiculo quatuor dictiões quatuor elemẽta ſignificantes, & habent ille quatuor dictiões ſituari in ſũmitatibus quatuor digitorũ,ignis ſup indicẽ,terra ſuper mediũ, aer ſup medicũ,& aqua ſup auricularẽ, deĩde ſuper eaſdẽ ſũmitates ſituabis.xii. ſupradicta ſigna hoc ordine,aries in ſũmitate indicis erit, thaurꝰ in ſũmitate medii,gemini in ſũmitate medici,cãcer in ſũmitate auricularis, leo in ſũmitate indicis: virgo in ſũmitate medii, libra in ſũmitate medici,ſcorpius in ſũmitate auricularis,ſãgitarius in ſũmitate indicis,capricornus in ſũmitate medii, aquarius in ſũmitate medici, piſces in ſũmitate auricularis.Et conſequẽter eodẽ ordine quãcũq; proprietatẽ habet elementũ in aliquo quatuor digitorũ ſituatũ, eandẽ proprietatẽ habẽt ſigna ſuper illud elementum cadentia, exemplum ignis in ſummitate indicis ponitur & quia eſt calidus & ſiccus ita ſunt ſigna ſuper eandem ſummitatem indicis cadentia,ſicut ſunt aries,leo,et ſagitarius,& terra ponitur in ſummitate medii, quæ eſt frigida & ſicca,& ideo mellancolicam habet complexionem , ſimiliter ſunt ſigna in eandẽ ſummitatẽmedii cadẽtia:vt thaurus virgo & capricornus:itẽ aer in ſummitate medici ponitur,qui eſt calidꝰ & humidꝰ& iõ ſãguineꝰ,ſiĩliter

ſunt ſigna ſup eandem medici ſũmitatem cadentia:ſicut ſunt gemini/ libra/& aquarius:deinde aqua ponitur in ſummitatem auricularis:q̃ eſt frigida & humida:& ideo flegmaticã complexionẽm cauſans:ſimiliter ſunt ſigna ſuper eandẽ auricularis ſũmitatem/cadentia:vt ſũt hęc cancer/ſcorpius/& piſces:Pręterea eſt notandum q quodlibet illorum xii.ſignorum aliquã partẽ corporis humani ſpecialiter reſpicit ſiue gubernat:aries eñ principaliter/caput intuetur:taurus collum:gemini ſpatulas & brachia cancer partes pectorales leo dorſum virgo ventrem libra vmbilicum & inferiores vẽtris partes ſcorpio clunes & partes gẽitales ſagittarius fẽora capricornus genua aquarius ſuras ſiue tibias: piſces pedes.Et notabis etiã q nullo modo eſt facienda inciſio ĩſtrumẽto aliquo ferreo ĩ mẽbris quæ ab aliquibus ſignis gubernãtur ꝓpter nimie ſanguinis periculum efuſſionis & hoc principaliter in ſignis ma lis quæ viſa ſunt qñ ſol in illis eſt vel etiam luna.

Poſtea de feſtis fixis ſit regula talis,
A,b,c,ſunt extra,g,ſupra d..e.f,manent infra,
Radices dant d.e,mediæ,ſed f tibi terne

¶Poſtea ĩſup viſis omnib⁹ quę dicta ſunt talis regula.i.talis norma fit.detur de feſtis fixis.i.pro feſtis ĩmobilibus inueniẽdis,a,b,c,ſũt.i. ſituãtur extra.i.in iuncturis exterioꝛib⁹ manus ſiniſtre: puta,a,in pri mis ſubungulis b,in ſecũdis ſnbungulis & c,in groſſis radicib⁹ g litere ſituãtur ſupple ſupra.i.in ſũmitatibus quatuor digitorũ,d,e,f,iſte tres literę manent.i.ſituantur infra.i.in tribus iunctris interiorb⁹,d,ĩpri mis radicibus,e,in ſecundis & f,in tertiis. ¶Septẽ ſunt tantum literę dñicales puta a,b,c,d,e,f,g,ſicut ſunt ſeptẽ dies in hebdomada & oẽs literę a,in primis ſubungulis ſituãur.b ĩ ſecũdis ſubũgulis c,in groſſis radicib⁹ d,in primis radicib⁹ interiorib⁹ e,in ſecũdis radicib⁹ f,ĩ ter tiis radicibus g,in ſũmitatib⁹.propterea qñ a,eſt litera dñicalis,dies dñici ſituantur in primis ſubungulis dies lune ĩ ſecũdis ſubũgulis dies martis in groſſis radicibus dies mercurii ĩ primis radicib⁹ ĩteriorib⁹ dies iouis in ſecũdis radicib⁹ dies veneris ĩ tertiis radicib⁹ & dies ſab bati in ſummitatibus.& ſic de aliis literis qñ erunt dñicales. ¶Inſuper eſt notandũ diſcrimen ĩter feſta fixa & feſta mobilia qm̃ feſta fixa repo nuntur ſub eadẽ litera dñicali ſeu feriali in quolibet anno vt circũciſio dñi ſub litera a,ſemper ĩuenitur & in quolibet anno Epiphania ſiue a paritio dñi ſuper literam f,ſitum ſemp habet & ſic de aliis feſtis fixis. Sed feſta mobilia aliqñ ſub vna aliquãdo ſub alia litera dñicali inueniũ tur,ideo non habent certum ſitum in Kalendario.

Ordo.

Sententia.

Differẽtia inter feſta fixa,& mo bilia,


Menſis cuiuſq; cœptum verſus dabit iſte,
A,dam,de,ge,bat,er,go,ci,fos,a,dri,fos.
Pro ſolo menſe deſeruit ſillaba queq;,

Juncturis iſtum ſic debes ponere Verſum,
A minimus index dan/de/ge/bat, medians er/
Go/ci, ſequens fos/a, cætera paruus habet

Ordo. ¶ Iſte verſus ſequens ſupple dabit.i.oſtendet ceptum.i.exceptionem, cuiuſq.i.cuiuſlibet mẽſis verſus inquam talis A/dam/de/ge/bat/er/go ci/fos/a/dri/fos. Quę q.i.quęlibet ſyllaba illius verſus ſup.deſeruit.i. conducit ſeruit tibi pro ſolo.i.pro vnico menſe, & debes ponere.i.ſitu are iſtum verſum.i.hoc carmen iuncturis.i ſuper iuncturas quattuor di gitorum ſic.i modo ſequenti minimus.i.auricularis habet ſupple, a.i. illã literam que eſt prima ſillaba dicti verſus, index.i.ille digitus habet ſupple dam/de/ge/bat.i illas quattuor ſillabas, & mediãs.i.medius di gitus habet ſupple er, go/ci.i.illas tres ſillabas, Sequẽs digitus ſcilicet medicus habet ſupple fos/a, paruus.i auricularis habet.i.obtinet cęte

Sententię. ra.i.alias duas dictiones ſcilicet dri/fos. ¶ Ad cognoſcẽdũ initialem feriam cuiuſlibet mẽſis & literam ſimiliter initialem mẽſis, notare ha bes q in hoc verſiculo A/dam/de/ &c. ſunt.xii.ſillabe duodecim menſi b⁹ deſeruiẽtes. prima eñ ſillaba Februario ſeruit ſituaturq ſuper d/ĩdi cis in prima radice eiuſdem, de/tertia ſyllaba dicti verſus Martio ſeruit & ſituatur etiam ſuper d/& in prima radice indicis, ge/quarta ſillaba Aprili ſeruit ſituaturq ſuper g/ in ſummitate indicis, bat quinta ſillla ba Maio, & in ſecunda ſubungula ſuper b, indicis ſituatur, er / iunio & in ſecunda radice ſuper e/medii ponitur, go iulio, & in ſummitate ſu per g medii locatur, ci Auguſto, & in groſſa radice ſuper c/eiuſdem me dii ponitur. fos/Septembri, in tertiaq radice ſuper f/medici ſituatur a Octobri, ſituaturq in prima ſubũgula ſuper a/medici, dri Nouembri ſituaturq in prima radice auricularis ſuper d, fos Decembr famulatur & in tertia radice ſuper f auricularis locum habet Vides ergo q ſẽper & immutabiliter Ianuarius ſuper a/auricularis. februarius, Marti⁹ ſu per d/indicis. Aprilis ſuper g/eiuſdem. Maius ſuper b/eiuſdem indicis Iunius ſuper e/medii. iulius ſuper g/eiuſdem. Auguſtus ſuper c/etiam eiuſdem medii. September ſuper f/medici. October ſuper a/ eiuſdem. Nouember ſuper d/auricularis. & December ſuper f/eiuſdem auricula ris ſituatur.

¶ Sequitur figura manus ſiniſtrę in qua ſituantur literę dominicales ſecundum hunc ver ſum. A, b.c. ſunt extra: g. ſupra: d.e.f. manent infrã.


Index:
Medius:
Medicus,
notabis hanc practicā: debes enī capere numerū epactarū āni illius in quo es vel de quo queris: & regulares lunares illius menſis ī cuius principio vis ſcire etatem lune. Exempli gratia in anno dñi milleſimo quīgēteſimo. xix. habebas: xix. pro aureo nūero. &. xvii. pro epactis (vt viſū ē) ſi vis ergo ſcire etatē lune in principio alicuius menſis illius enī gratia exempli in principio Februarii debes capere. xviii. epactas & regulares lunares ipſius Februarii que ſunt decē iungas ſimul erūt. xxviii. ſignū eſt q luna in primo die februarii habebit. xxviii. dies de etate. i. a primilunio mēſis Ianuarii vſq ad primū diē Februarii īcluſiue erūt xxviii. dies Si vis īſuper ſcire etatem lune ī principio martii (. i. quod erunt dies a primilunio ipſius Februarii vſq ad primū diē Martii incluſiue debes capere epactas predicti anni que ſunt. xviii. & iungere illas cum regularibus lunaribus Martii que ſunt. ix. & ſic erunt. xxvii. ſignū eſt q etas lune in primo die Martii erit. xxvii. dierū. i. erunt xxvii. dies a primilunio ſiue ab aureo numero ipſius Februarii vſq ad primū diē Martii incluſiue ſemper intelligo. Item ſi vis ſcire etatem lune in principio Aprilis pro eodem āno capies. xviii. epactas predicti āni iūgēdo illas regularibus lunaribus Aprilis q ſunt decē & ſic erūt. xxviii. ergo ſignū ē q etas lune erit. xxviii. dierū ī prīo die ipſius Aprilis & ſic in aliis menſibus ex te practicare poteris. Vno tñ notato qñcūq numerus epactarum & regularium lunarium iuncti ſimul ſuperant. xxx ſemper debes remouere. xxx. & capere reſiduū: pro iueniēdo etatē lune in principio illius menſis de quo eſt ille numerus. ¶ Inſuper notabis q in principio ianuarii volēdo inuenire etatē lune debes numerare ab aureo numero precedentis anni: exiſtente in decembri: exēplū in anno predicto habes. xviii. epactas & Ianuarius habet. ix. regulares lunares iungēdo ergo ſimul erūt. xxvii. ſignū ergo q luna habebit. xxvii. dies in primo die Ianuarii pro etate: & hoc incipiendo numerare ab aureo numero pcedentis anni q eſt. xviii. in ſexta die decembris ſituatus. ¶ Inſuper aduerte: q pro inueniēdo etatem lune ī principio Septēbris Octobris Nouembris & Decēbris debes renouare Epactas & formare illas ab aureo numero anni ſequentis. exempli gratia ī anno dñi milleſimo quingenteſimo. xviii. habuiſti. vii. pro epactis: que ſeruierūt tibi vſq ad mēſem Auguſtū incluſiue: ſed pro inueniēdo etatē lune pro illomet āno in principio ſeptēbris debes formare nouas epactas ab aureo numero anni ſequētis: q qdem numerus aureus eſt xix. & reddit. xviii. epactas vt dictū eſt & September habet. v. regulares lunares: ſimul iūgēdo erūt xxiii. ſignū eſt ergo q in principio Septēbris in anno pdicto etas lune erat. xxiii. dierū. i. ſūt. xxiii. dies ab aureo nūero qui eſt. xviii. in decima die auguſti ſituatus vſq ad primum diem Septembris incluſiue & hec practica ſemper īfallibilis eſt, ſed quedā ſūt exceptiones in aliquibus annis notatis q cognoſcūtur per hunc verſiculum textus.

oc, ma, iul, vn, di, mar, nod, may, dat, monos augu.

¶ Exceptio eſt ſupple in epactis & regularibus lunaribus ad inueniēdū etatē lune: oc. i. in octauo anno cicli lunaris: ma. i. ī mayo. iul. i. in iulio

quia oportet remouere vnun a quolibet Etia; exceptio eſt ſupple vndin,i, in,xi, anno lunari mar,i,in martio quia oportet,ſimiliter remouere vnū,Etiā ē exceptio ſup, nod,i,xix.āno lunari,may,i,ī maio quia ſimiliter oportet remouere vnū & auguſt,i,auguſtus dat monos, ,i,vnū hoc eſt exceptio eſt etiā in,xix,anno lunari in auguſto quia tūc op; addere vnū nūero reſultāti ex epactis & regularibus lunaribus auguſti, ¶ Exceptiōes ab epactis ſunt quinq; prima eſt in octauo anno lunari in maio quia tūc oportet remouere vnū a numero epactarū & regulariū lunnariū maii ad īueniendum etatē lune in principio eiuſdem maii,in illo,viii,āno lunario,nam cū ī illo āno habeamus,xvii,p epactis & maius habeat,xi,p regularibus lunaribus faciunt.xxviii,ſeqretur q; etas lune eſſet,xxviii.dierū in primo die maii, illo octauo anno lunari,& tñ non eſt ſed ſolū,xxviii,iō oportet remouere vnū Secūda exceptio eſt in eodem octauo anno lunari in Iulio,nam cum Iulius habeat,xiii,regulares lunares &,xvii,ſint epacte ī illo anno,iugātur ſimul erūt,xxx, & ſic etas lune deberet eſſe,xxx,dierū in principio Iulii ſecūdū epactas,& tamen non eſt niſi,xxix,dierum.Tertia exceptio eſt in.xi,anno lunari ī martio:quia cū martius habeat,,ix, regulares lunares &,xx,ſint epacte in illo ,q̄ faciunt,xxix,ideo etas lune deberet eſſe,xxix,dierum in primo die matii ſecūdū expactas & tñ nō eſt niſi:xxviii. dierū: & ideo oportet remouere vnū a numero epactarū & regularium lunarium, Quarta exceptio eſt in,xix:āno lunari in maio:quia cum maius habeat.xi,regulares lunares:& ,xviii, ſint epacte in illo anno faciūt.xxix.iūcti ſimul:& ſic etas lūe deberet eē.xxix,dierū ī priō die maii:& ſolum,xxviii,ideo, oportet remouere vnum,tunc ab epactis, Quinta & vltima exceptio eſt in eodē,xix,anno lunari ī auguſto.qa cū auguſtus habeat,xiiii. regulares lunares:& ,xviii,ſint epacte iugātur ſimul facient,xxxii,remouēdo,xxx,remanebunt duo & ſic etas lune deberet eſſe duorum dierum in primo die auguſti ſecūdū epactas.& tamē eſt triū dierū:ideo oporet addere vnū numero epactarum & regularius lunariū auguſti.ad inueniendū etatem lune in primo die eiuſdem auguſti in dicto,xix,anno lunari. Si queras quomodo īueniretur etas lune in quolibet menſe in primo anno lunari. in quo nulla eſt epacta. Reſpondetur: q; regulares lunares ſufficiūt nā illo āno etas lune eſt quinq; dierum in primo die ſeptembris quia ſeptember habet quinq; regulares & ſimiliter eſt in quolibet alio menſe ſecundum ordinem ſuarū regularium lunarium & hec de pactis.

Prima exceptio

Secunda exceptio

Tertia exceptio

Quarta exceptio

Quinta exceptio

Emboliſmales annos,ſic noſcere debes.
Tertius,& ſextus,octauus,& vndecimus poſt,
Ac decimusquartus deca ſeptimus,& deca nonus
Ac alios omnes comunes dicere debes,
Emboliſmalis lunatio ſemper erit par.
Impare par,impar pare ſit lunatio menſe.

Illius eſt menſis cuius lunatio finit

¶ Tu debes noſcere.i.cognoſcere annos emboliſmales.i.in quibus ē duplex lunatio ī vno menſe ſeu duplex nouilunium ſeu primulunium Sic vt ſequitur ſupple tertius annus lunarius emboliſmalis ſupple & etiam ſextus annus lunaris eſt emboliſmalis: & octauus lunaris eſt emboliſmalis: & poſt.i.deinde vndecimus lunaris eſt emboliſmalis.ac.i. etiā decimus quartus lunaris eſt ēboliſmalis: de qua ſeptimus.i.decimus ſeptimus lunaris eſt ēboliſmalis: & deca nonus.i.decimus nonus annus lunaris eſt etiā ēboliſmalis:ac.i.etiā debes dicere.i. vocare oēs alios,ab illis ſeptem predictis ,comunes.i. in.xii.lunationes habentes lunatio emboliſmalis. i.que fit proter emboliſmum , ſemper erit par.i.habebit.xxx dies.Sed lunationes aliorū ſupple ſic differūt:quia in impare mēſe ſecundum ſitum ſupple luna fit.i.erit par quoad numerū dierū ſupple.i.habebit .xxx.dies.Et in menſe pare lunario erit impar quoad numerū dierum luna ſupple eſt illius menſis.i.computatur de illo menſe cuius ſcilicet lune lunario ,finit.i.finitur ſeu terminatur ī illo menſe. ¶ Pro cognitione emboliſmalium annorū duo notāda ſūt Prio quid ſit emboliſmus.Secūdo quomodo formatur lunatio ēboliſmalis ¶ Pro igitur declaratiōe primi eſt notandū q ēboliſmus eſt augmentū ſeu ſuperexcreſcentia anni lunaris ſuper lunarē.nam dictum eſt in epactis q ānus ſolaris.xi.dies pluſq lunaria cōplectitur vt patet per textū,Vndenos quippe ſol plus reperitur habere: & etiam per ſequētem practicam facilius dignoſci poteſt. Vnde tu ſcis ex precedentibus q in anno communi ſūt.xii. menſes : quorum ſeptem habent.xxxi.dies quilibet: & quatuor habentes. xxx.dies: & vnus habens.xxviii. Similiter in āno cōmuni ſūt,xii.lunationes:quarū ſex ſūt trigīta dierū: & ſex ſolū.xxix.dierū.comparabis igitur ſex lunationes hñtes .xxx .dies ſex menſibus habentibus .xxxi. & ſic mēſes illi ſuperant lunationes ſex diebus qui erūt de reſiduo.Itē compares q̄tuor lunationes habātes ſolum.xxix.dies q̄tuor menſibus habentibus,xxx dies & ſic remanebūt.iiii.qui cū ſex p̄cedētibus faciūt.x.ergo ex cōparatione decem lunationum decem menſibus remanent decē dies quos habent menſes pluſq̄ lunationes.Et ſunt adhuc due lunationes .xxix. dierum & duo menſes:quorum vnus habet.xxx.dies alter vero.xxviii. puta Februarius:cōparādo igitur illas duas lunationes illis duobus menſibus menſes habebūt vnū deē pluſq̄ ille due lunationes qui dies cū.x.,q prius remāſerunt facit.xi .ergo manifeſte cōcludis: q annus ſolaris,q.cōtinet.xii.menſes habet.xi.dies pluſq̄ habeat annus lunaris q cōtinet .xii,lunationes. ¶ Annus emoblíſmalis ē ānus lunaris continens .xiii.lunationes: & ſūt ſeptē anni emboliſmales in ciclo lunari: vt patet per textum & etiam oſtenduntur per hunc verſiculū. Cur fles has lachrimas:odio ſunt redde tirānū.In quo ſunt vii.dictiōes quarū p̄ie litere oſtēdūt.vii. annos ēboliſmales ſecūdū q ſituātur i alphabeto:nā ſicut:c,ē tertia litera ī alphabeto:ita tertius ānus lunaris eſt emboliſmalis.Itē ſicut f,ē,vi. litera in alphabeto: ita,vi.annus lunaris

Quid ſit emboliſmus

Quid eſt annus emboliſmalis

eſt ſcd̃s emboliſmalis & ſic de aliis vſq; ad ſeptimā dictionē cuius pria litera ſeptimū ānū emboliſmalem oñdit. ¶ Q uātū ad ſecūdū ſcias ꝙ ſic formātur lunatiões emboliſmales, q̄ ſemper ſunt.xxx.dierum, nam ex.xi.diebus quos habet annus ſolaris ſupra primū ānū lunarem, & ex xi.quos alius ſolaris ānus habet vltra ſecundū lunarē: & ex.xi.quos iterū alius ſolaris ānus habet vltra tertiū lunarē cōſtituitur vna lunatione emboliſmalis.xxx.dierū i ipo tertio āno lunari: cū tribus diebus de reſiduo: q(cū.xi.quarti āni & cum.xi.quīti & cum.xi.ſexti āni)cōſtituūt aliā lunationem emboliſmalem.xxx.dierū. ꝑ ipo ſexto āno lunari: cuꝫ ſex diebus de reſiduo: q ſex dies, cum.xi.ſeptimi āni &.xi.viii.anni, faciunt.xxviii.dies: q cum duobus, quos mutuamur a menſe ſeq̄nti, cōſtituūt tertiā lunationē emboliſmalem.xxx.dierum in ipſo octauo āno lunari: poſtea ex.xi.diebus: qa iā duos mutuati ſumus noni āni lunaris & ex.xi.decimi/& ex xi.vndecimi āni cōſtituitur quarta lunatio emboliſmalis.xxx.dierū in ipſo vndecimo anno lunari: cum vno die de reſiduo Item ex.xi.duodecimi anni lunaris & ex.xi.tredecimi, & ex.xi.decimiquarti anni lunaris conſtituitur quinta lunatio emboliſmalis.xxx.dierum in idſo decimoquarto āno lunari cum quatuor diebus de reſiduo q cum.xi.decimi quinti anni lunaris, &.xi.decimiſexti āni, & ex.xi.decimiſeptimi anni faciunt ſextā lunationem emboliſmalem: in decioſeptimo anno cum ſeptem diebus de reſiduo: & qui cum.xi. decimioctaui anni: &.xi.deciminoni, faciunt.xxix.dies, tunc accipitur vnus dies in iulio ſeu in luna ipſius Iulii: q cum aliis.xxix.facit ſeptimam & vltimam lunationem emboliſmalem: in decimonono anno lunari. ¶ Inſuper nota ꝙ illa dies accepta in iulio ꝑ complendo vltimā lunationem emboliſmalē, vocatur ſaltus lune, & magis accipitur ſeu potius ſumitur illa dies a iulio q̄ ab auguſto, quia luna auguſti eſt ſolum.xxix.dierum, & ſi acciperetur illa dies ab illa lunatione auguſti eſſet ſolum.xxviii. dierū: quod eſſet incoueniens: cum oīs lunatio debeat eſſe.xxx.vel.xxix. dierū ſed cum lunatio Iulii ſit.xxx.dierum: bene pōt eſſe.xxix. ideo citius ſubſtrahitur a Iulio q̄ꝫ ab auguſto. ¶ Nota preterea ꝙ emboliſmi inuenti fuerunt: quia aſtronomi ſtatuerunt curſum ſolis & lune in concordiam in.xix.annis ſolaribus &.xix.lunaribus, propter hoc inuenerunt lunationes emboliſmales. ¶ Nota finaliter ꝙ in anno emboliſmali eſt exceptio duplex. Prima eſt. Terminus ſeu finis ipſius lune, quia dicitur in textu ꝙ lunatio eſt illius menſis in quo finitur, ſed in āno emboliſmali finiuntur due lunationes in vno menſe. Scd̃a exceptio ē qa habetur etiā in textu ꝙ menſis in numero pari poſitus habet lunationē īparē.i.xxix.dierū, ſed in numero impari poſitus, ſicut primus tertius quintus: & ſic de aliis, habet lunationem parē.i.xxx.dierum ſed in anno ēboliſmali inueniuntur due lunatiões vel tres immediate pares qa oportet lunationem emboliſmalem ſemper eſſe parē.i.habere.xxx.dies (vt dictum eſt)ideo pro regula generali obſeruabis: ꝙ in anno communi in quocumq; menſe luua finiatur ſeu vltimum diem habeat, de illo mēſe denoīatur, qa a fine denoīatur res, & hoc eſt qd̃ dicitur illius eſt menſis cujus lunatio finit: & q̄cunq; due lunatiões in vno mēſe termi-

Q uit ſit ſaltus lune

Q uare inuēti ſūt emboliſmi.

Q ñ due lunatiōes finiuntur in eodem mēſe ſecunda emboliſmalis dicitur.

nātur:prima ipſarum nomen menſis importat:& ſecūda emboliſmalis vocatur:q̄qdē lunatio emboliſmalis nullius eſt menſis determinati.

Q ñ due lūatiōes finiuntur ī eodem menſe ſcd̃a emboliſmalis dicitur

¶ Quō aūt fiat ſaltus lune:dico ꝙ ex collectiōe multarū tp̄is fractionum:vt in rationali diuinorum officiorum,rubrica de emboliſmo, liquide patet:de quo quidem ſaltu traditur iſte verſus.

Luna facit ſaltum:quintilis luce ſuprema.

Inuēto ergo āno emboliſmali ex ſupradictis ponitur cōſeq̄nter textus.

Mobilis,ibo,ciſos,acer,habeto,coeuos,
Quali menſe dieq; quota verſus dabit iſte,
Prima dabit menſem,monſtrabit & altera ſedem
Mobilis & chriſtum modo liber habeto coeuum.

¶ Iſte verſus primus ſcilicet mobilis ibo:ſcd̃m aliquos:vel iſte verſus vltimus ſcilicet mobilis & xp̄m dabit.i.oñdet quali mēſe.i.in quo mēſeq; & quota die menſis ſupple lunatio emboliſmalis incipiat.Prima litera ſup.prime ſyllabe dabit.i.ſignificabit menſem:& altera.i.pr̄ia licunde ſyllabe mōſtrabit.i.oñdet ſedem.i.ſituationem ſiue in quota die illius menſis lunatio emboliſmalis exordietur ſupple. ¶ De ſituatiōe lunatiois emboliſmalis.i.in quota die exordium ſumat diuerſe ventilātur opiniones. nam ſcd̃m Anianum cōpoti auctorem ſecundum hūc verſum.Mobilis ibo.&c.ſituari habet:ita ꝙ ſicut ibi ſunt ſeptē dictiones ſeptem emboliſmis deſeruientes,prima primo emboliſmali, ſcd̃a ſcd̃o emboliſmali famulatur:pr̄ia eī litera prīe ſyllabe menſem ſignificat,ita ꝙ quota eſt illa litera in ordīe alphabeti in toto menſe in ordīe menſium,incipiendo a ianuario,erit lunatio emboliſmalis ſituāda: & quota eſt litera pr̄ia ſecunde ſyllabe in alphabeto,in tota die illius mēſis incipiet lunatio emboliſmalis.Exemplum,hec dictio mobilis ſeruit pro prima lunatione emboliſmali,& quia prima litera illius dictionis eſt m,que eſt.xii.in alphabeto.ſignificatur ꝙ in.xii. mēſe ponitur prima lunatio emboliſmalis:& ille eſt december:& quia b eſt prima litera ſecunde ſyllabe eiuſdem dictionis,& eſt ſecunda in alphabeto ſignificatur ꝙ in ſecunda die decembris īcipit pr̄ia lunatio emboliſmalis & ī aliis eodēmodo exēplificatis accipiendo ſemper primā literā prime ſyllabe pro menſe cui attribuitur lunatio emboliſmalis,& primam literā ſecunde ſyllabe pro die illius menſis in quo incipit lunatio emboliſmalis vt dictū eſt.Sed ſecundū alios ſituantur lunatiōes emboliſmales cōformiter ad hunc verſum.Mobilis & chriſtū &c.eodem modo faciendo ſeu procedendo(quoad literas)ſicut in priori verſiculo ſcilicet Mobilis ibo &c.& iſtius opinionis fuit ille qui rationale diuinorum officiorum conſtruxit.Sed quia tam in prima ꝙ̄ in ſecunda opinione multi inueniuntur defectus,ideo non curando eorum carmina ponitur hec regula, ꝙ in quocunq; menſe vſuali lunatio terminetur.i. vltimum diem habet:a tali menſe denominatur illa luna.& ſi in vno menſe vſuali, due lunationes finiantur,prima nomen menſis tenet & ſecunda emboliſmalis eſt,& voco menſes vſuales illos(q̄bus cōmuniter vtimur) pr̄ia

Ianuariū Februariū martiū & ſic de aliis: facile igitur lunationē ēboliſmalem ſituare poteris dummō menſi ipari ſcd'm ſitum, puta prīo tertio q̄nto &c. lunationem parem i. xxx. dierum calculando attribuas credo tamē hunc errorem proceſſiſſe: quia formatio illarum lunationum emboliſmalium fuit mere libera & ad placitum propter illā accommodationem dierum. Et hec de ſecunda parte compoti.

¶ Sequitur tertia pars in qua de feſtis mobilibus agitur.

PEr clauis numerum cognoſces mobile feſtū,
Noſcere tu claues, p̱ metra ſeq̄ntia debes,
Tunc auri numerū numerāt ſumme digitorum
Vicenos quinos, tridecim, plus aſſe tridenos,
Vndeuiginti, epta digitis pro clauibus apta.
Pol p̄it, īſequitur medius, medicus, minimus poſt.
Si quadraginta ſuperent, triginta moueto,
Eſt numerus clauis, illud tibi quod remanebit,
Anno biſſexti, ſi ſep, vel quadra requiris,
Circa biſſextum, iungas cum clauibus vnum,
Dat tibi poſt numerum domini lux mobile feſtū
Si cadat in lucem domini, ſuppone ſequentem.
Terminus & feſtum nunq̄ celebrantur eodem,
Clauis ab vndenis ad quadraginta refertur.
Incipiuntq; dies claues numerare ſequentes.

Cognoſces. i. cognoſcere poteris mobile feſtum. i. feſta mobilia per numerū. i. ſcd'm numerū clauis. i. clauiū debes noſcere. i. cognoſcere claues. i. numerum clauium per metra ſeq̄ntia. i. per verſus ſeq̄ntes tunc. i. imprimis ſumme. i. ſummitates digitorum q̄nq; manus ſiniſtre ſupple numerāt. i. cōputāt auri numerū. i. numerum aureum. i. īprimis debes ſituare numerum aureum ſuper ſummitates q̄nq; digitorū: apta. i. ſitua colloca digitis. i. ſuper ſummitates q̄nq; digitorum: pro clauibus ſupple inueniendis. Vicenos q̄nos. i. xxv. tredecī. i. xiii plus aſſe tridenos. i. xxxi vndeuigītī. i. xix. epta. i. vii. pol. i. pollex p̄it. i. p̄cedit. i. debes īcipere a pollice. i. index ſeq̄tur pollicem: & medius ſequitur indicem: & medicus ſequitur medium: poſt. i. finaliter minimus, id eſt auricularis computatur: & ſi illi numeri iuncti ſimul ſuperent: id eſt excedant quadraginta, id eſt numerum quadragenarium moueto. i. remouebis. xxx. id ē nume

rum tricenariũ, & illud ꝙ remanebit.i.ille numerus q reſtabit(xxx.re motis)eſt nũerus clauis.i.ē numerus tuarũ clauiũ.Si reqritus.i.iueſtigas ſep.i.ſeptuageſimã:vel quadra.i.quadrageſimam, anno biſſexti.i.i anno biſſextili iũgas.i.tu adiũges vnũ cũ clauibus.i.cũ nũero tuarũ clauiũ circa biſſextũ.i.ꝑ feſto mobili ꝑpe biſſextũ exiſtēte: & lux dñi.i.dies dñicus poſt nũerũ.i.q ſequitur illo finito nũero:dat.i. oñdit tibi feſtũ mobile q̄ſitũ ſupple:ſi finis nũeri ſupple cadat.i.eueniat in lucē dñi.i.i diē dñicũ ſuppōe.i. accipe ſequētē diē dñicũ ſupple:& non illũ in quē cadit finis numeri ſupple:terminus.i.finis numeri & feſtũ mobile ſupple nũq̄ celebrātur.i.nō debēt celebrari eodē die ſupple:clauis.i.numerus clauiũ refertur.i.educitur ab vndenis.i.ab vndeci:ad q̄dragita.i.minimus nũerus clauiũ ē.xi.& maximus nũq̄ trāſcendit q̄dragita:ꝙ & claues.i.nũerus clauiũ icipiũt.i.icipit nũerare.i.cōputare dies ſequētes.i.dies a litera g.vſq̄ ad terminũ dicti numeri. ¶ Pro declaratōe materie clauiũ q̄ttuor notāda ſũt.Primo qd eſt feſtum mobile, & quot ſũt,& quō vocātur feſta mobilia. Secũdo qd ſint claues & quō formantur.Tertio quō ſingulis ānis iueniātur claues,& Quarto quō debeamus inuenire feſta mobilia per dictas claues familiariſſime oſtēdem⁹ Pro enucleatiōe primi eſt notādũ ꝙ feſtũ mobile & feſtũ ſolēne nō habēs in Kalendario determinatũ ſitũ:ſed ſecũdũ primationē lune ſingulis ānis eſt mutabile:dicitur aũt mobile a moueor, quia, ſingulis ānis de loco ad locũ mouetur: ſũt aũt qnq̄ pricipaliter feſta mobilia: de qbus i preſentiarũ ē tractādũ ſeptuageſima quadrageſima:Paſcha: Rogatiōes:& Pēthecoſte & eſt talis ordo iter illa ꝙ ſemper ſũt tres ſeptimane a ſeptuageſima vſq̄ a quadrageſimã:& ſex a quadrageſima vſq̄ ad paſcha qnq̄ a paſchate vſq̄ ad rogatiões:& due a Rogationib⁹ vſq̄ ad pēthecoſtē.ideo reſtat videre de illis ſigillati cur ſic appellētur

Quid ſit feſtũ mobile

¶ Vñ ſeptuageſima dicitur de.lxx.ānis vel diebus qbus filii iſrael in babylone captiui fuerunt & illos recolit ſancta mater eccleſia eo ꝙ figura illorum dierum computamus a ſeptuageſima vſq̄ ad paſcha in quo qdē tp̄e monachi ieiunare ſolent,& clauditur alleluya vſq̄ ad paſcha i memoriā dicte captiuitatis ꝓpter figurā.Sꝫ poſſet q̄ri q̄re dicitur ſeptuageſima cũ nō ſint.lxiiii. dies a ſeptuageſima vſq̄ a paſcha Rñdetur ꝙ ātiqt⁹ erat mos qñ aliqs nũer⁹ erat iter duas decades.i.decē nō a p̄cedēti ſed a ſeqnti decade denoiabatur.Vñ cũ ille nũer⁹ finiatur iter lx.&.lxx.nō denoiatur a.lx.ſꝫ a.lxx.more ātiquorũ.Alii vero dicũt ꝙ totũ illud tp̄s a quo clauditur alleluya vſq̄ ad quaſi mō vocatur ſeptuageſima & ſũt,lxx.dies i qbus nullus vxorari pōt.Et ſi q̄ratur q̄re ſeptuageſima celebratur ab eccleſia cũ nullo mō ſit iudaiʒādũ.Rñdetur ꝙ ad modũ populi dei i babylone:q ꝓpter pc̄tã noſtrã celeſtē hieruſalē amittimus in die reſurrectiōis xp̄i ab ātiqs pc̄tis noſtris reſurgere debemus vt corp⁹ xp̄i i illa die quã fecit dñs digne ſumere valeamus: & nota ꝙ iſta cātica gloria i excelſis Te deũ lau.nō cātātur i illo tp̄e niſi poſt ſabbatũ ſāctũ quia ſũt cātus leticie & cũ tũc ſit tp̄s funebre ac lamētabile ꝓpter noſtri ſaluatoris paſſionē q̄ omni chriſticole lugēda pēſanda & memorāda eſt ideo huiuſcemodi leticie cātus illo i tp̄e p̄termittuntur Sꝫ tract⁹ tũc cātātur qa dicitur a trahēdo eo ꝙ debem⁹ nos trahe-

Vñ dicitur ſeptuageſima

re a viciis & a vocationibus importunis. Nuptie etiã nõ celebrantur: cũ vt plurimũ magno cũ gandio celebrentur quod huic tẽpori nõ cõgruit ꝓpter cauſã predictã. ¶ Quadrageſima dicitur a quadragita: eo ꝙ quadraginta cõtinet dies: quos ex precepto eccleſie ieiunare debemus: & quia moyſes helias ĩ veteri teſtamẽto ieiunarũt: & ĩ nouo ſãctus ſãtorũ chriſtus ſuo ſãctiſſimo ieiunio eos cõſecrauit. Nota etiã ꝙ xxxvi. dies cũ dimidio ſunt decima pars anni: & decimã partẽ noſtrorum dierũ deo reddere debemus: & ita vitam noſtram decimare: quoniã talis numerus eſt ſignũ plene ſatiſfactionis: quia quadrageſimus numerus dicitur ex quaternario & denario: & ideo ieiuniũ quadrageſimale ſignificat ſatiſfactionẽ ꝓ oĩbus trãſgreſſoribus decẽ preceptorũ legis & quatuor euãgeliorũ quoniã vetus lex ĩ decẽ ꝑceptis decalogi integriter cõſiſtit: & nouum teſtamẽtũ in quatuor euãgeliſtarũ ſcriptis cõtinetur. Ideo cõgruũ eſt vt ſic quadrageſimã faciamus. i. mandata veteris & noue legis toto tꝑe vite noſtre adimpleamus. Quatuor aũt dies euangeliorum quatuor, ad impletionẽ tãq̃ primitias. i. fidei primos fructus ſignificant. ¶ Paſcha dicitur a phaſe quod eſt tranſitus eo ꝙ filii iſrael mare rubrum ſicco veſtigo trãſierunt: in quo tñ Pharao eorũ perſecutor ſuo cũ toto exercitu diuinitus ſumerſus eſt ſed tñ nulla melior ratio aſſigari põt: niſi quia chriſtus in illo die tranſiuit de morte ad vitam reſurgendo a mortuis. Rogationes vero ſic appellamus: quia tunc ꝓ aeris ſerenitate aut bona diſpoſitione ad anni fertilitatẽ deum rogare ſolemus cũ abſtinẽtia carnis & ſupplicatione humilima. ¶ Pẽthecoſte vero dicitur a pãtha quod eſt quĩq; & coſtes quod eſt decẽ: q̃ſi quĩquies decẽ: eo ꝙ quĩquagĩta dies poſt reſurrectionẽ celebratur. Si queratur quare iſta feſta non habent certũ locum in calẽdario. Reſpondetur quia variãtur a primatione lune ſingulis ãnis vt dictum eſt: & quia ſũt ſuper literas dominicales annuatim: q̃ in quolibet anno alio & alio modo ſe habent. Si q̃ras quare aſcenſio dñi & feſtum trinitatis & corpis xp̄i cũ ſint mobilia, hic nõ enumerãtur Rñdetur ꝙ illis cognitis faicle cognoſcũtur & iſta nã. xi. dies añ Pẽtecoſtẽ aſcẽſio dñi & xi. dies poſt pẽthecoſtẽ feſtũ corpis xp̄i celebratur: feſtũ trinitatis dñica prĩa poſt penthecoſten celebratur. ¶ Quãtũ ad ſecũdũ ſciendñ eſt quid ſit clauis & vnde formetur: vñ clauis methaphorice hic accipitur: quia ſicut per claues aperiuntur oſtia ad ingrediendũ domos: ita per iſtũ numerũ qui, clauis vocatur aperitur noticia & intellectio feſtorũ mobilium & ſic diffinitur. Clauis eſt numerus nõ deſcendẽs. xi. quadraginta nõ excedens datus anno ad inueniẽdũ quĩque feſta mobilia ſupradicta. Et formatur ſic prima clauis ab aureo numero. xix & ab vnitate que deberet poni ſuper auricularem: ſituãdo illos. xix. ſuper ſũmitates quinq; digitorum: & ex primo aureo numero qui eſt vnus. & quinq; regularibus lunaribus ſeptembris: qui numeri iuncti ſimul faciunt. xxvi. & illi ſũt prima clauis que ſeruit primo anno lunari. ¶ Alie vero claues formantur conſequẽter ab illa prima per additionẽ de. xix ſed ſi numerus cum additione ſuperet quadraginta: remouendi ſunt. xxx. & reſiduũ capiatur: ꝓ claue formanda. Exemplum prima clauis eſt. xxvi.)vt for-

Paſcha q̃d eſt & vñ dicitur.

mauimus, iungas ergo cum illis.xix.& erũt quadraginta quinq;: remoueas.xxx.manebũt.xv.ꝑ ſecunda claue ſeu pro clauibus ſecundi ãni lunaris: & illis quindecim adiunges.xix qui ſimul iũcti facient. xxxiiii. qui erunt claues tertii anni.Et eiſdẽ.xxiiii.adiũges.xix.& ſic erunt.liii. remouẽdo.xxx.remanebunt.xxiii. pro clauibus quarti anni & eiſdem xxiii.adiunges.xix & erunt.xlii.remouẽdo.xxx.manebunt xii.ꝑ clauibus quinti anni lunaris.qbus adiũgendo .xix.habebis.xxxi.q erũt claues ſexti anni:quibus iterũ addẽdo.xix.habebis.l.& remouẽdo.xxx.remanent.xx ꝑ ſeptimo anno:quibus addẽdo .xix.habetis.xxxix. pro clauibus octaui ãni qbus iterũ addẽdo.xix. habebis.lvii.ex qbus remouendo.xxx.manebũt.xxvii.ꝑ clauibus noni anni lunaris:quibus iungendo.xix.ẽrũt.xlvii.remouẽdo.xxx.remanebunt.xvii.ꝑ clauibus decimi anni:& illis addẽdo.xix:erunt.xxxvi.pro clauibus vndecimi anni quibus addẽdo.xix.erunt.lv. remouẽdo.xxx.remanebunt.xxv.ꝑ clauibus xii anni quibus addẽdo.xix.erunt. xliiii ex quibus remouẽdo.xxx remanebunt.xiiii.ꝑ clauibus tredecimi anni:qui cũ.xix.faciunt xxxiii ꝑ clauibus decimiq̃rti anni:qui cũ.xix.faciũt .lii.ex quibus remouẽdo xxx manẽt.xxii.ꝑ clauibus quindecimi anni: qui cũ.xix.faciunt.xli. ex q̃bus remouẽdo. xxx.manẽt.xi. ꝑ clauibus decimiſexti anni : qui cum xix.faciũt.xxx.ꝑ clauibus decimiſeptimi ãni.qui cũ.xix. faciũt.xlix.ex quibus remouendo.xxx.manent. xix. ꝑ clauibus decimioctaui anni: qui cũ.xix.faciunt xxxviii. ꝑ clauibus deciminoni & vltimi anni lunaris & ſic patet formatio clauium in generali: ideo ꝑ inueniẽdo ſingulis annis ſuper digitos dictas claues ingrediamur. ¶ Secundum propoſitum.Pro cuius declaratione eſt ſciendũ.ꝙ numerus aureus dꝫ ſituari ſuper ſummitates quiq; digitorum:eſto videlicet ordine pones enĩ vnũ ſuper pollicem.duo ſuper indicem tria ſuper medium:q̃tuor ſuper medicum.v.ſuper auricularem.vi.ſuper policem ,vii.ſuper indicem & ſic digitatim ꝓcedẽdo quouſq; venias ad numerum aureum illius anni ĩ quo vis inuenire claues non vltra ꝓcedẽdo. Ita ꝙ ſi haberes ꝑciſe vnum ꝑ aureo nũero debes manere ſuper pollicem:& ſic haberes.ii.maneres ſuper indicem:iſto tamẽ notato/ ꝙ nũquam debes ponere vnũ ꝑ aureo numero in ſummitate auricularis licet finias.xix.ſuper medicum ratio eſt quia claues nunq̃ſunt pauciores.xi.& tamẽ eſſent ſolum viii.ſi poneres vnũ ſuper auricularem poſtea videbis:propterea ſemper debes incipere a pollice ponẽdo ibi vnũ ,& caueas ne tibi cõtigat vt aliquibus qui hoc modo ad inueniedũ claues aureum numerũ ſuper digitos ſituant ſecũdũ hos verſiculos.Ternus vndin nod.&c.ponẽdo tet,ſuper pol licemm nus ſuper indicem vn ſuper mediũ din,ſuper medicũ & ſic de aliis hoc ridiculũ ẽ & nihil penitus doctrĩe affert,ꝓpterea modo ſupra dicto ſituabis numerũ aureũ & cũ hoc ſemper debes ponere.xxv. ſuper policem tredecim ſuper ĩdicẽ.xxxi.ſuper mediũ .xix.ſuper medicum ,&.vii:ſuper auricularem ,& ꝑ inueniendo claues alicuius ãni debes imprimis numerũ aureũ illius ãni ſituare vt diximus.& ſuper quẽcũq; digitũ cadat ,debes iungere numerũ qui ponitur ſuper talẽ digitum cũ numero aureo,& ſi illi duo numeri ſimul iũcti ſuperẽt quadra

ginta dies remouere.xxx.ad formādu; claues.Exemplū. Anno dñí mil leſimo qngenteſimo.xviii.numerus aureus erat:xviii.q ſituabatur ſuper ſummitates digitorum,cadit ſuper ſummitatem medií: ī qua ſummitate ſituātur.xxxi.q iuncti cū.xviii.aurei numeri faciunt.xlix. & qa ille numerus ſuperat,xl,oportet remouere,xxx,& remanebunt,xix,p clauibus pdicti āni, Aliud exemplum,pro āno dñi milleſimo qngenteſimo,xix,ī quo numerus aureus erat,xix,q ſuper ſummitates(vt prius ſituatus)cadit ſuper medicum:in quo ſunt,xix,cum aureo numero ſituandi:& ſic erunt,xxxviii,& qa nō trāſcendunt,xl,ideo nihil oportet remouere:propterea ſunt,xxviii,pro clauibus pdicti anni, Sed in anno biſſextili debes iungere vnum cum clauibus ad inueniendum feſta mobilia & pro illis inueniendis(quod eſt quartum propoſitum) declaranda ſunt hec duo carmina textus

Primula g,iani,poſt g,vltima g,q; ſecunda
Martis & aprilis g,tertia,g,q;ſuprema,

¶ Primula,i,pria g/iani,i,ianuarii poſt,i,deiñ vltia,i, poſtrema g/dicti ianuarii ſup,q; & ſcd'a g/ſup,martis,i,martii & etiā tertia g/aprilis:q; & ſupma,i,vltima g/aprilis ſup.ſeruiunt pro inueniendis feſtis mobilibus ſup, ¶ Dicit auctor q debemus incipere clauium noſtrarū numerum cōputare ſuper qnq; literas g,q̄ ſunt in tribus menſibus,puta in ianuario/martio & aprili/debes ergo pro inuenienda ſeptuageſima incipere numerum clauium ſuper primā g/ianuarii,q̄ eſt in,vii,die eiuſdem in ſummitate indicis ſituata:& debes finire numerum tuarum clauium:quo finito ire debes vſq; ad dñicā proxime ſequentem & ibi celebrabitur ſeptuageſima,Et pro quadrageſima inuenienda, debes incipere numerum clauium ſuper vltimam g,in ianuario:que eſt in,xxviii,die eiuſdem in ſummitate aricularis ſituata:& finito numero in dñica proxima ſequenti erit quadrageſima,Et pro paſchate incipias claues ī ſecunda g martii,que eſt in,xi,din eiuſdem & ſuper ſummitatem medii poſita:& numero finito dñica ſequens erit paſcha, Pro rogationibus incipias claues in tertia g,aprilis que eſt in.xv,die eiuſdē:& in ſummitate medici poſita:finito numero,vt prius,dominica ſequēs eſt dñica Rogationum. Pro penthecoſte vero debēs incipere claues in vltima g,aprilis que eſt ī.xxix,& penultima die eiuſdem:& in ſūmitate īdicis poſita:& numero finito,vt in aliis,dñica pxima eſt penthecoſte & in omnibus iſti debes computare ſingulas iuncturas quoad veneris ad finem tui numeri:& hoc preciſe in quattuor digitis manus ſiniſtre nō curando pollicem.Nota etiam q ſi finis tuarum clauium cadat in diē dominicum:ibi nō eſt feſtum mobile:ſed in dñica pxie ſeqnte:qa terminus.i.finis clauiū & feſtum mobile nunq; celebrantur eodem die ne videamus iudeos imitari:qui in eodem die terminū & feſtū celebrant ¶ Et ſi queras quare potius incipimus numerū clauiū pro ſepteuageſima in prima g.ianuaii q̄ in ſecunda vel in tertia vel ante vel poſt? Reſpondetur q ratio eſt quia ſeptuageſima nūq; poteſt inferius eſſe id eſt magis prope natiuitatē domini q̄ in.xviii.die ianuari.& quia mi

nima clauis ē.xi.& pria g ianuarii eſt i.vii. die eiuſdē:& xi.& vii. faciūt xviii.iō numerus clauiū īcipit ī pria g ianuarii & nō vltra vel circa:vt īfimiorē ſeptuageſimā valeamus iuenire ī xviii.die ianuarii. Sed ī oībus iſtis eſt maxie aduertendum qñ iter cōputādū itramus menſem ſequentem. Inſuper nō eſt ignorādum quot dies qlibet menſis habeat:& vt facilius oia pdcta poſſis ītelligere:pono tibi hanc practicā. Anno dñi.M.d.xix.habebas. xix. pro aureo numero:& iō xxxviii. p clauibus vt dictum eſt p iueniēdo igitur ſeptuageſimā ī illo āno:ī quo habes & p litera dñicali debes īcipere claues ī pria g ianuarii ī ſummitate īdicis iuncturas eiuſdē exteriores prius cōputādo,deīn primā radicem medii & alias eiuſdem iuncturas:& poſtea medici & ſic de aliis reuertendo ad primā īndicis radicem:cum finieris iuncturas auricularis: & iterum pcedendo donec finieris xxxviii. q finiendo ſuper dñicā ī ſcda ſubūgula medii:ideo p ſeptuageſima capies dñicā ſequentem: q ſituatur in ſcda ſubungula medici:& cōſidera quota die februarii erit ſeptuageſima : & videbis q ī.xx. die:quia februarius incipit in prima radice indicis. De aliis autem tuipſe vel preceptor tuus exemplificare poterit.

Poſtea mobilia ſi vis cognoſcere feſta
Sep,qua,paſ,ro,pē,priſ,bru,ne,ci,col,dato ſedem
Sedem feſtorum radix tenet indicis horum,
Aureus hic numerus iuncturis inueniatur,
Dat tibi poſt numerum domini lux mobile feſtū
Paſcha nec vndenas aprilis & ante Kalendas,
Nec poſt ſeptenas maii valet eſſe Kalendas.

¶ Poſtea q dicta ſunt de clauibus ſupple ſi vis.i.cupis ſcire.i. cognoſcere feſta mobilia qnq puta ſeptuageſimā quadrageſimā paſcha rogationes & penthecoſten alio mō q per claues:dato.i.dabis ſedem.i.ſituationem/pris/bru/ne/ci/col.i.iſtis qnq ſyllabis.i tu debes ſituare quinq ſyllabas mō ſeqnti:radix prima ſup.indicis illius digiti tenet.i.habet ſedem.i.ſituationem horum feſtorum.i.harum qnq ſyllabarum ſignificantium feſta mobilia:hinc deinde poſt ſituationem talium ſyllabarum:aureus numerus illius anni de quo qris ſup.inueniatur.i.reperiatur iuncturis.i ſuper iuncturas lux dñi.i.dies dñicus poſt numerum aureum.i.ſeqns numerū aureū dat.i oñdit tibi feſtū mobile qd qris ſub.paſcha.i.feſtū paſchatis nec valet i.nō pt eſſe.i.reperiri añ vndenas Kalē.i.añ vndecimū cal.aprilis & etiā paſcha ſup.nec valet.i.nō pt eſſe.i.reperiri poſt ſeptenas.i.poſt.vii.calen maii.Pro declaratione huius textus tria notabimus,primo quō debeamus inuenire feſta mo.per has quinq ſyllabas/pris/bru/ne/ci/col.Secūdo quaſdam regulas huic textui cōformes ſubnectemus.Tertio altiſſimi & infimi paſchatis terminos oſtendemus. ¶ Pro declaratione primi capiende ſunt iſte quinq ſyllabe,pris,bru,ne,ci,col, que ſunt in verſibus feſtorum

fixorũ:puta pris,eſt decima octaua ſyllaba ĩ verſibus ipſius Ianuarii & ideo in.xviii.die eiuſdem Bru.vero ẽ ĩ.viii. die februarii.ne eſt in.xxii die martii.ci.eſt in.xxvi.die aprilis:col eſt in.x. die maii:& ſituantur oẽs ꝑ feſtis mobilibus inueniendis in prima radice indicis & eſt talis ordo ĩter illas ꝙ pris,ſeptuageſime bru q̃drageſime:ne paſchati:ci. rogationibus:col pẽtechoſte deſeruit. ita ꝙ ſi vis ſeptuageſimam inueni re:debes ponere illam ſyllabã,pris in primam radiccem indicis& cõti tinuando verſus ipſius ianuarii ſic de dicẽdo iũcturatim priſ.ca.fa. ag vin cen:ti&.ſic de aliis:donec peruenias ad dñicã poſt aureum numerũ ſituatã:in qua erit ſeptuageſima:&ſi finieris verſus ianuarii añq̃ peruenias ad dictam dominicam poſt aureum numerum, debes incipere conſequenter verſus ipſius februarii:& notare debes ſyllabam:que cadit ſupra dñicam poſt aureum numerũ& computare quota die mẽſis eſt illa ſyllaba:& ĩ tota die erit ſeptuageſima.Si tñ numerus aureus cade ret ĩ diẽ dñicam:nõ eẽt tibi ſeptuageſima ſʒ eſſet ĩ dñica poſtea ſequẽ te.Vñ ꝑ iſtis regulis & ſequẽtibus:debes ſituare numerũ aureũ ſicut ꝑ inueniẽda prima luna per magnũ ternus.Exemplũ in anno dñi milleſimo qngẽteſimo xviii.hũiſti.xviii.ꝑ aureo nũero q.ſituabatur ĩ prima radice medii & C.litera dominicalis tunc currebat:ideo dñica poſt aureum numerum erat in groſſa radice eiuſdem medii:in quam quidẽ groſſam radicẽ cadit hec ſyllaba:men.que eſt vltima in verſibus ianuarii:ideo tunc ſeptuageſima fuit in vltima die ianuarii:& ſic in aliis feſtis facies qđ vt facilius ẽ tibi ſit. ℂ Ponitur ſcđm ꝓpoſitũ cõtinẽs duas regulas:prima eſt hec.Sep.doc.borda quatet duo.paſcha viginti duo.Rogationes bis tred.pen.bis quiꝗ;:ꝑ cuius declaratiõe ſcias ꝙ per illam ſyllabam ſep.intelligitur ſeptuageſima,& ſyllaba doc.ſignificat.xviii.qui debent poni in primam radicem indicis, ſuntꝗ;.xviii. dies ipſius ianuarii.Per borda.intelligo quadrageſimam que debet inuenit ponendo.viii.dies februarii in primam radicem indicis. ℂ Et paſcha inuenitur ponendo.xxiii.dies martii in primã radicem ĩdicis Et rogationes inuenies ponendo.xxxvi. dies aprilis in primã radiceʒ Penthecoſte vero ĩuenitur ponẽdo.x.dies maii ĩ primã radicẽ indicis deinde procedẽdo iuncturatĩ,ſecundũ ordinẽ numeri ab illis numeris qui ponũtur/in primam radicẽ indicis,vſꝗ; ad dñicam poſt aureum numerũ ſicut in p̃cedenti regula.Exẽmplum ſi ponas xviii,ĩ primã radicem indicis & computes ordinate vſꝗ; ad dñicam poſt aureũ numerum in p̃dicto anno,tu inuenies ſeptuageſimã in. xxxi.die ianuarii & ponẽdo.viii.dies februarii ordinate computando vſꝗ; ad dominicã ſequẽtem numerũ aureum, videbis quadrageſimam fuiſſe in.xxi.die februarii,& ponendo.xxii.dies martii ĩ primã radicẽ ĩdicis.computãdo vt prius inuenies paſcha fuiſſe in quarta die aprilis,& ponendo.xxvi.dies aprilis in iuncturã:& computando,vt prius,ĩuenies.rogatiões fuiſſe ĩ.ix.die maii & poẽdo.x.dies maii in eandem primã radicẽ indicis computãdo vt prius.ĩuenies penthecoſten.ĩ.xxiii.die maii:& oĩa iſta exempla ĩtelligo ꝑ anno predicto puta milleſimo quingenteſimo, xviii. Secunda regula eſt hec. Seruat, hector, yolos,xxvi.Kariolos/

xp̄icola, hęc regula intelligit̄ ſicut præcedēs dū mō capias literas primarū ſyllabarū ſcd̄m ordinē alphabeti, puta s/eſt.xviij.litera in alphabeto: & ſignificat.xviij.diē ianuarij eſſe ſituādū in prima radice indicis, poſtea (cōputando vt prius) h/eſt.viij.litera alphabeti, ſignificat ꝙ.viij.dies Februarij ſituari vt pri⁹ ꝓ quadrageſima.y/ græcum eſt xxij.litera & ſignificat.xxij.dies Martij eſſe ſituādos (vt pri⁹) ꝓ paſchate. K/eſt.x.litera q̄ ſignificat.x.dies Maij ſituari, vt prius ꝓ pēthecoſte, ſed prima litera huius dictionis xp̄icola (vt in ꝓpoſito) eſt.x. quæ eſt.xxi.in alphabeto, & ſignificat vnū & viginti dies Maij eſſe ſituandos in prima radice indicis, pro feſto corporis xp̄i. Et ꝓ omnibus iſtis debes cōputare vſq; ad dn̄icam poſt aureū numerū. ¶ Vnū tamē diligenter aduerte, ꝙ ſi aureus numer⁹ cadat in diē dominicā, nunq̄ ibi eſt feſtū mobile, ſed in dn̄ica proxima ſequenti. itē ſi in anno biſſextili dn̄ica ſequatur immediate aureū numerū (.i. nulla iunctura mediāte inter aureū numerū & dn̄icā) nō debet capi illa dn̄ica, quæ immediate ſeqtur ꝓ feſtis mobilibus, ſed recurrēdū eſt, ad dn̄icā poſt ea ſequentē, qd̄ manifeſte claues tibi oſtendūt, cū adiungas illis vnum ꝓ anno biſſextili. ¶ Quantū ad tertiū eſt notandū, ꝙ terminus paſchatis eſt a.xxij.die Martij, vſq; ad.xxv.diē Aprilis, ita ꝙ īfimū paſcha eſt in.xxij.die Martij ſiue.xi.calendas Aprilis, & vltimum ſeu ſupremū paſcha eſt in.xxv.die aprilis ſiue in.vij.calendas Maij, ideo inter illos duos terminos vel in aliquo illorū ſemp ſacrū paſcha celebratur ex ordinatione eccleſiæ, & hoc eſt qd̄ dr̄ in textu, paſcha nec vndenas Aprilis & ante calendas, nec poſt ſeptenas maij valet eſſe calendas.i. paſcha nunq̄ celebrat̄ inferius.xi.calendas apriles, & nunq̄ altius.vij. calendas maias, & hæc de feſtis mobilibus dicta ſufficiant.

Nota bene

Nota iterū & valde diligenter.

Tertiū ꝓpoſitum.

Ebdomadas a nat, pro feſtis indicis a dat
Quattuor, hinc ſeptem, tride, octodecimq;.xx.
Vnum quæq; diem dat littera poſtea tacta,
A. dabit ebdomadam, tamen indicis a niſi tangā.
Citra quæq; vacans iunctura, diem mouet vnam.

A.indicis.i.a quæ ponitur in prima ſubiugula indicis dat.i.oſtēdit tibi ebdomadas.i.ſeptimanas a nat.i.a natiuitate dn̄i ꝓ feſtis mobilibus ſupp.i. vſq; ad feſta mobilia.quatuor ebdomadas dat ſupple, vſq; ad quadrageſimā hinc.i.deīde ſeptē ebdomadas dat a natiuitate vſq; ad q̄drageſimā, tride.i.trideci a natiuitate vſq; ad paſcha, q; &.xviij.a natiuitate vſq; ad rogatiōes, &.xx.a natiuitate vſq; ad pēthecoſtē, & q̄ꝙ.i.q̄libet litera tacta.i. q̄ tāgit̄ poſtea.i, poſt a/indicis vſq; ad dn̄icā feſtorū mobiliū dat.i.īportat vnū diē, cū ꝑdictis ſeptimanis. A.quęlibet ſup.ab a.indicis vſq; ad dn̄icā feſtorū.dabit tibi ebdomadā vnam tn̄ niſi tāgā.i.niſi poſſim tāgere.a.īdicis eūdo vſq; ad feſta mobilia.i. ſi dn̄ica feſtorū mobiliū ſit citra.a.īdicis, puta ī aliqua iūctura īteriori eiuſdē indicis, quæꝙ.i.q̄libet iūctura vacās.i. remanēs citra.i. antea, a.īdicis mouet.i.remouet vnā diē ab illis ſeptimanis prædictis. ¶ Pro

Ordo.

Sententia.

declarationeinteruallorum a natiuitate domini.vſq; ad ſeptuageſimã quadrageſimam.paſca rogationes & penthecoſten eſt notãdum quod a/litera quę in primã ſubungulam îdicis ponitur ſignificat nobis quatuor ſeptimanas eſſe a natiuitate dñi vſq; ad ſeptuageſimam.& ſeptem a natiuitate vſq; ad quadrageſimã & xiii.a natiuitate vſq; ad paſcha.& xviii.a natiuitate ad penthecoſten vſq;.Et ſi dñica feſtorum mobilium eſſet poſt.a.indicis.quęlibet iunctura ſeu litera(exiſtens inter.a.îdicis & iuncturam feſtorũ mobilium)dat vnum diẽ cum ſeptimanis prędictis,& etiã quęlibet alia litera.a.(inter.a.indicis & iuncturã feſtorũ mobilium)dat vnam ſeptimanam & quęlibet alia litera vnũ diem:poſt vltimam literã.a.intelligo.Exemplũ Anno dñi milleſimo quingẽteſimo xix.litera dñicalis eſt.b.vt patet per dictionẽ buſti/hui⁹ verſ⁹ Dat floresãni & c,& numerus aure⁹ eſt xix.in secũda ſubũgula auricularis ſituatus,& quia ibi eſt dies dñicus,ideo nõ capiemus illam ꝑ feſtis mobilibus,ſed poſtea ſequẽtem,quę erit î ſecũda ſubũgula îdicis,vide ergo pro îteruallis prędictis quid ſit faciendum.dixim⁹ enĩ ꝙ a/îdicis dat quattuor ſeptimanas a natiuitate dñi vſq; ad ſeptuageſimã & quęlibet alia litera.a.dat vnam hebdomadam vſq; ad iũcturam feſtorum mobilium,& tu vides ꝙ ſunt quattuor litęre,a.inter.a.îdicis & dominicam feſtorum mobilium puta.a.medii.a.medici.a.auricularis& iterũ a indicis,& ſic erunt.viii.ſeptimane & vnus dies(quia ẽ vna litera puta.b)a natiuitate domini vſq; ad ſeptuageſimã & de aliisfeſtis mobilibus proportionabiliter dices pro eodẽ anno,puta ꝙ erunt.xi.ſeptimane & vnns dies,a natiuitate vſque ad quadrageſimã.xvii.ebdomade & vnus dies a natiuitate vſque ad paſcha.Et.xxii.ebdomade & vn⁹ dies a Natiuitate domini vſque ad Rogationes,&.xxiiii.& vn⁹ dies a Natiuitate vſque ad penthecoſten,& î omnib⁹iſtis intelligitur computando iuncturam feſtorum mobilium,pro vno die,vel(vt alii dicũt)incluſiuę.Sed ſi dominica feſtorum mobilium ſituaretur ante a/îdicis puta in aliqua iunctura interiori eiuſdem,tot remouerentur dies ab illis ſeptimanis(quas dat a indicis)quot erunt iũcture ab.a.îdicis vſque ad dominicam feſtorum mobilium includendo dictam dominicam & excludendo.a.indicis Exemplum quãdo habes.xvi.pro aureo numero(qui ſituatur in radice pollicis)&/e/pro litera dominicali.tunc iunctura feſtorum mobilium erit î ſecũda radice indicis,& quia tunc tres ſunt iuncture ante,a.indicis vſque ad dominicã feſtorum mobiliũ,computãdo ſummitatem & iuncturam feſtorum mobilium intelligo,ideo tres dies remouentur a ſeptimanis quas dat,a indicis,ita ꝙ tũc.a Natiuitate domini vſque ad ſeptuageſimã erũt quattuor ſeptiane demptis tribus diebus,& a Natiuitate vſque ad Quadrageſimã erũt.vii.demptis tribus diebus.& a Natiuitate vſq; ad Paſcha.xiii.ſeptimane dẽptis tribus diebus,& vſq; ad rogationes.xviii.demptis tribus diebus & vſq; ad Penthecoſten.xx.dẽptis tribus diebus,in iſtis tñ nulla iũctura pollicis eſt cõputãda quia in pollice nulla ponitur litera dñicalis ideo nõ cõputamus eius iuncturas in numerãdo ſeptimanas nec in feſtis fixis ſituandis,niſi quoad aureum numerum ſituandum epactas & claues.

Exemplũ a.u.hare

Nota bene

Exemplum

A penthe feſtis ſic diſtant feſta ioannis, Indicis ebdomadas.g.ſex dat, & altera tollit, Vltra vel citra dic vt ſupra, vice verſa.

¶Feſta.i.natiuitas ioannis baptiſtę ſupple diſtant,id eſt diſtat .a. feſtis penthe,id eſt a feſto penthecoſtes ſic vt ſequitur ſupple.g.indicis id ē (quæ in ſummitate indicis ponitur) dat nobis ſupple .vi. ebdomadas & altera.g.ſupple,puta ipſius medii tollit,id eſt remouet vnam ebdomadam ſupple,vltra vel citra,id eſt ante vel poſt.g.indicis dic vt ſupra,id eſt vt in interuallo præcedenti (quo ad hoc ꝙ eſt remouere vł addere dies ſeptimanis) vice verſa,id eſt econuerſo,quia vbi priꝰ adiungebas oportet hic remouere, & vbi priꝰ remouebas oportet hic adiungere. ¶Pro declaratione interualli.a feſto penthecoſtes vſq; ad feſtum beati ioannis eſt notandum, ꝙ.g.in ſummitate indicis poſita dat nobis.vi.ſeptimanas & .g.medij remouet vnā , & ſimiliter qlibet alia litera .g .vſq; ad iuncturam feſtorum mobilium remouet vnam ſeptimanam,& etiam poſt literas.g.quælibet alia litera (vſq; ad dominicam feſtorum mobilium incluſiue) remouet adhuc vnum diem. Exēplum Anno domini milleſimo quingenteſimo decimonono , aureus numerus eſt.xix.in ſecunda ſubungula auricularis ſituatus, & dominica poſt aureum numerum (quæ eſt dominica feſtorum mobilium) eſt in ſecunda ſubungula indicis ſituata, vt prius dictum eſt.Practices ergo ſic.g.indicis dat.vi.ſeptimanas a penthecoſte vſq; ad feſtum beati ioannis baptiſtæ,&.g.medij remouet vnam,& ſic remanent ſolū quīꝗ,&.g.medici remouet adhuc vnam & remanent quatuor,&.g.auricularis etiam remouet vnam,& ſic ſolum remanent tres . Et iterum g.indicis remouet vnam,& ſic remanent tantum duę ſeptimanæ , & iterum a indicis remouet vnum diem ab illis duabus ſeptimanis &.b. indicis (in qua ſunt feſta mobilia) remouet etiam vnum diem ab illis duabus ſeptimanis,& ſic remanent tantum duodecim dies vel duę ſeptimanæ demptis duobus diebus.a feſto penthecoſtes vſq; ad feſtum beati ioannis baptiſtæ,includendo dictum feſtum beati ioannis baptiſtæ & excludendo dominicam penthecoſtes.¶Sed ſi dominica feſtorum mobilium ſituetur ante.g.indicis,puta in aliqua iunctura interiori eiuſdem indicis , tunc oportet tot addere dies (cum illis ſex ſeptimanis quas dat.g.indicis) quot erunt iuncturæ ab illa litera.g.indicis vſq; ad dominicam feſtorum mobilium retrocedendo, & excludendo.g.& includendo iuncturas feſtorum mobilium. Exemplum quando habes ſexdecim pro aureo numero (qui ſituatur in radice pollicis) &/e/pro litera dominicali,tunc dominica feſtorum mobilium ſituatur in ſecnnda radice indicis,& quia ſunt duæ iuncturæ ab ipſa.g.indicis,vſq; ad iuncturam feſtorum mobilium (computando vt dictū eſt) oportet addere duos dies cum illis ſex ſeptimanis,quas dat.g.indicis,& ſic in illo anno ſunt ſex ſeptimanæ & duo dies a feſto penthecoſtes vſq; ad natiuitatē btī ioānis baptiſtę,ſicut fuerūt ī anno dn̄i.m.d.xvi,et ſic vides, ꝙ iſta regula ecōtrario practicat a regula ꝑcedētis

Ordo.

Sententia.

Exemplum claru̅ [illegible] ... dicum.

Nota bene hanc practicam.

nterualli,ideo dicitur in textu dic vt ſupra vice verſa.propterea q̃ in tellıgit vnã iſtarũ regularũ facile cognoſcet & reliquam,cum oppoſitorum eadem ſit diſciplina teſte philoſopho.

A penthe diſtat aduentus.&·vnde triginta
Ebdo dat indicis,a,b,tollit ſed quęlibet vnam,
Andreæ feſto vicinior ordine quouis
Aduentum domni prima colit feria.
Si cadat in lucem domini, celebratur ibidem.

Aduentus.i.dñica prima ipſius aduẽtus domini diſtat .i.elongatur a pẽthe.i.a feſto pẽthecoſtes,ſic ſup.vt ſequit̃.& pro id eſt,a,indicis.i.q̃ ponitur in prima ſubũgula indicis,dat nobis ſup.vndetriginta.i.xxix. ebdo.i.ebdomadas.ſed quælibet,b,litera ſupple ab illa litera,a,indicis vſq; ad dñicã feſtorũ mobiliũ tollit.i.remouet vnã ebdomadã ſupp. prima feria.i.dies dñicus vicinior.i.proqinquior feſto andreæ apoſtoli ordine quouis.i.ſiue ſit ante ſiue poſt colit.i.celebrat aduentũ dñi.i. primã dñicã aduent9.Et ſi feſtũ beati andreæ ſupple cadat.i.eueniat ĩ lucẽ dñi.i.in diẽ dñicũ aduent9 dñi ſupple celebrat̃.i.colitur ibidem, i.in eadẽ dñica.¶Pro declaratione iſti9 text9 duo notabim9. Prĩo interuallũ a pẽthecoſte vſq; ad primã dominicã aduent9 oſtendem9.Secũdo vbi dicta dñica prima aduẽtus rite celebrari habet declarabimus. ¶Pro primi declaratione eſt notandũ, ꝙ,a,in prima ſubungula indicis poſita dat nobis.xxix.ſeptimanas a feſto pẽthecoſtes vſq; ad primã dñicã aduent9,ſed quælibet lr̃a,b,ab,a,indicis vſq; ad dñicã feſtorũ mobiliũ remouet vnã ſeptimanã ab illis.xxix.quas dat,a,indicis.exinde anno dñi milleſimo quingenteſimo.xix.dñica feſtorũ mobilium ſituatur in ſecũda ſubũgula indicis (vt ſæpe viſum eſt ĩ exẽplis prætactis) practica ergo ſic,a indicis dat.xxix.ſeptimanas &,b, eiuſdẽ indicis remouet vnã b,medĳ etiã remouet vnã,b , medici remouet etiam vnã,&,b,auricularis ſil'r remouet vnã,& iterũ,b,ĩdicis ĩ qua tũc ſunt feſta mobilia) remouet etiã vnã,& ſic ılle quĩq; literæ,b, (qa bis com putat̃,b,ĩdicis) q̃ ſituant̃ ab a ĩdicis vſq; ad dñicã feſtorũ mobiliũ, remouent quĩq; ſeptimanas,ab illis.xxix.quas dat,a,indicis,& ſic remanent tm̃.xxiiĳ.ſeptimanæ tũc a feſto pẽthecoſtes vſq; ad primã dñicã aduentus.Vnde quanto ſunt altiora feſta mobilia tãto pauciores ſunt ſeptimanæ a feſto pẽthecoſtes vſq; ad aduẽtũ dñi.Et quanto inferiora ſunt feſta mobilia,tãto plures ſunt ſeptimanæ,a feſto pẽ thecoſtes vſq; ad aduẽtũ dñi.Et ꝓ regula obſeruabis, ꝙ nõ poſſunt eſſe plures q̃ xxix.& nũq̃ pauciores q̃.xxiiĳ.¶Quãtũ ad ſcd̃m ſcias , ꝙ aduent9dñi ſemꝑ celebratur in dñica propinquiori feſto btĩ andreæ, ita ꝙ ſi feſtũ diui andreæ ſit in die lunæ martis vel mercurĳ, aduẽtus dñi in ꝑcedẽte dñica celebratur.Sed ſi feſtum beati andreæ cadat in diem iouis veneris vel ſabbati,aduentus dñi in dñica ſequente colitur , Et ſi feſtum beati andreæ cadat in diem dominicum,in eodem die dominico celebratur aaduentus,& feſtum beati andreæ trãſfertur in idem lunæ

Diſtat ab aduentu domini ſic vera dies.
Feſti innctura dat mobilis ebdomadas tres.
Donec b/tacta dat lucem littera quæq;,

